traditae nobis reipublicae, hoc semper cogitantes, ad effectum deducere festinamus. Igitur etiam dudum legem scripsimus super gloriosissimis nostris patriciis, quae liberos eos dignitatis collatione paterna potestate demonstrat. Non enim decens putavimus, ut hos (1), quos nos in officio (2) patrum provehimus nostrorum, hi sub aliena sint potestate. Nam si emancipationis actio, dudum quidem (3) per eas, quae nuncupantur legis actiones, facta, cum iniuriis et alapis liberabat eos huiusmodi vinculis, quomodo futuri essent codicilli omnium honestissimi dati a praesidente universis imperio non eos posse paterna potestate liberare? Nunc autem clementius aut etiam honestius in republica (4) cogitantes et (5) super gloriosissimis consulibus, qui proprium nomen temporis (6) post imperium praebent, et (7) solis consularibus codicillis honorantur, et super cingulis, quae liberare a curia possunt, hoc est praefecturae et magisterii militum (8) (dicimus autem in ipsis sedibus et operibus agnitis) hoc ipsum sancimus esse, ut omnis talis dignitas aut etiam cingulum huiusmodi acquisitum aliquibus, quoscunque nos probaverimus, quod eos liberet a curia, hoc valeat et ut potestate eos liberet (9) patrum aut (10) avorum. Nam si sancivimus, ut, si quis servus sciente domino mereatur militiam, aut quamlibet dignitatem adipiscatur, repente ab imperio liberetur, et in ipsam rapiatur ingenuitatem, quomodo non est iustum, tantos promerentem codicillos non etiam paterna potestate liberum fieri?

Cap. I

Propterea igitur hac honestissima utentes lege sancimus, et ordinarios consules, si sub potestate consistant, una cum ipso verbo, quo hoc his donatur officium, suae potestatis fieri, nec non et iis, qui honorantur ab imperio per consulares codicillos, si sub patris sunt manu, fieri codicillos eorum suae potestatis occasionem. Et si quos nos per universas dioeceses gloriosissimos praefectos sacrorum nostrorum praetorium instituiamus, aut in praefectura civitatis utriusque Romae provexerimus, aut in quolibet magisterio militari, hos repente etiam suae potestatis fieri. Eum namque, qui tantorum iudex est et tantis iubet manere sub potestate alterius, et non inter eos, qui suae potestatis sunt, scribi, nostrorum indignum iudicavimus legum simul et temporum.

§ 1.—Generaliter autem, sicuti dictum est, sancimus, ut omnis dignitas et omne cingulum a curia liberare valens, hoc etiam suae potestatis praemium honoratis praestet, et nobiliores adhuc patres ostendat, si (11) ab imperio sic honoratorum sint (12) patres. Quodsi (13) non hoc esset, non etiam ipsi (14)

(1) *hi, Bk.*
 (2) *El cód. Hamb., y Trid.; officium, Port., y Cont.*
 (3) *Bk.; et, adiciunt el cód. Hamb., y las ed.*
 (4) *republicam, Trid.*
 (5) *El cód. Hamb., y Trid.; sed, Port., y Cont.*
 (6) *El cód. Hamb.; ipsi, las ed.*
 (7) *et qui, Bk.*
 (8) *Bk. ed. estereotipada; magistri militum, et códices Hamb., y Cont.; magistri militatus, Trid., y Port.*

afecta a la utilidad y al ornato de la república, que nos fué confiada por Dios, nos apresuramos a llevarla a efecto. Así, pues, escribimos también hace poco sobre nuestros gloriosísimos patricios una ley, que los declara libres de la potestad paterna por la colación de una dignidad. Porque no hemos juzgado decoroso que aquellos a quienes hemos elevado al cargo de padres nuestros estén sujetos a ajena potestad. Pues si el acto de la emancipación ejecutado ciertamente en otro tiempo por medio de las que se llaman acciones de la ley los libraba con injurias y bofetones de tales vínculos, ¿cómo habría de suceder que no pudieran librarlos de la potestad paterna las más honrosas credenciales de todas dadas por el que a todos preside en el imperio? Mas ahora, pensando otra cosa más clemente ó aun más honrosa para la república, mandamos que esto mismo suceda también en cuanto a los muy gloriosos cónsules, quienes después del Emperador dan su propio nombre al tiempo, y a los que son honrados con las solas credenciales de cónsules, y a las magistraturas que pueden librar de la curia, esto es, la prefectura y el maestrazgo militar, (pero nos referimos a los que son reconocidos en las propias sedes y en funciones); de suerte que toda tal dignidad, ó semejante cingulo obtenido por algunos; respecto de quienes nosotros hubiéremos aprobado que los libre de la curia, tenga eficacia también para esto, para librarlos de la potestad de los padres ó de los abuelos. Porque si hemos sancionado, que, si sabiéndolo su señor obtuviera un esclavo la milicia, ó alcanzara cualquier dignidad, fuese hecho libre inmediatamente por el imperio, y fuese llevado a la misma ingenuidad, ¿cómo no sería justo que el que merece tan altas credenciales no se libre también de la potestad paterna?

Capítulo I

Por esto, pues, mandamos, valiéndonos de esta muy respetable ley, que también los cónsules ordinarios, si se hallaran bajo potestad, se hagan de propia potestad inmediatamente por virtud de la misma palabra con que se les confiere este cargo, y asimismo que para los que por el imperio son honrados con credenciales consulares, si se hallan bajo la potestad del padre, sean sus credenciales ocasión de su propia potestad. Y si nosotros nombráramos a algunos en todas las diócesis gloriosísimos prefectos de nuestros sacros pretorios, ó los eleváramos a la prefectura de la ciudad de una y de otra Roma, ó a cualquier maestrazgo militar, háganse también ellos inmediatamente de propia potestad. Porque hemos juzgado indigno de nuestras leyes y también de nuestro tiempo que el que es juez de tantas cosas y manda a tantos permanezca bajo la potestad de otro, y no sea inscrito entre los que son de propia potestad.

§ 1.—Pero en general mandamos, según se ha dicho, que toda dignidad y todo cingulo que tengan eficacia para librar de la curia den también a los honrados con ellos este premio de hacerse de propia potestad, y presenten aun más ennoblecidos a los padres, si fueran padres de los honrados así por

(9) *El cód. Hamb., Port., y Cont.; ut et—liberet, Trid.; et—liberare, Bk.*
 (10) *El cód. Hamb.; atque, las ed.*
 (11) *Bk.; ostendat: Si ergo, el cód. Hamb., y las ed.*
 (12) *El cód. Hamb.; y Trid.; aliqui sint, Port., y Cont.*
 (13) *Bk.; quia etiam, el cód. Hamb.; qui etiam si, Trid.; qui si, Port., y Cont.*
 (14) *etiam ipsi, el cód. Hamb., y las ed.; non ipsi, Bk.*

pariter studeant imperium pro istis petentes. Quapropter sive est aliquis nunc quidem sub potestate, iis fruens honoribus aut cingulis, quos in primis enumeravimus, sive postea erit, etiam hos (1) ius potestatis suae sequatur, et peculium eis (2) donans et arbitrii liberi esse praebens, ac digne agere honore et iudicio super his ab imperio habito; hoc enim multo maior patribus laus erit, et laetitiae occasionem praebabit magna.

Cap. II

Illud quoque lege cavemus, ut (3) non has tales suas potestates similia praebere, qualia aliae, quae per emancipationes fiunt, sed praecipuum quoddam praemium imperium conferre talibus suis potestatibus. Non enim volumus eum, qui ita suae potestatis fit, perdere aliquod legitimorum ius, sed sint et generi ad eos, et ipsis ad genus intacta legitima et ex natura servata iura, et filii eorum post mortem avorum sub eorum recidant potestatem, ac si contigisset eorum parentes morte suorum patrum, et non ex praesente lege suae potestatis fieri, et merito filios post mortem suorum patrum sub potestate habere, ut nihil horum, quae ab imperio conferuntur, eis deesse videatur, quoniam omne bonum, quod (4) sive a deo acquiritur hominibus, sive ab imperio, sequente deum, decet esse mansurum, et omnis malitiae ac deminutionis extraneum.

Cap. III

Palam vero est, nullum esse, qui nesciat, prae omnibus sanctissimis episcopis ipsa ordinatione etiam suam potestatem acquiri. Qui enim omnium sunt spirituales patres, quomodo sub aliorum potestate consistant? Sed convenit etiam eos huiusmodi potiri honore, et hoc (5) ex hac nostra legislatione frui.

Epilogus

Quae igitur nobis visa sunt ad vestram reverentiam et honorem, o colendissimi patres, volumus in perpetuum splendere nostrae reipublicae, tam ad nostrum (6) ornatum, quam ad nostrae largitatis probationem, quam nostris patribus et consulibus sacerdotibusque contulimus.

Dat. XV. Kal. April. Constant., imp. DN. IUSTINIANI PP. A. ann. XII., APIONE V. C. Cons. [539.]

(1) El cód. Hamb., y Trid.; hunc, Port., y Cont.

(2) Trid., y Port.; ei, el cód. Hamb., y Cont.

(3) ut, omitte Bk.

(4) El cód. Hamb., y Trid.; quod, omitte Port., y Cont.

el imperio. Pero si así no fuese, no se empeñarían con el imperio también ellos mismos pidiendo por aquéllos. Por lo cual, ya si en la actualidad hay alguno ciertamente bajo potestad, disfrutando de los honores ó cingulos, que primeramente hemos enumerado, ya si los hubiere después, acompáñeles á éstos el derecho de su propia potestad, que les dona peculio y les concede ser de libre albedrío, y obrar dignamente conforme al honor y al juicio tenido respecto á ellos por el imperio; porque esto será de mucha mayor loa para los padres, y les dará ocasión para grande alegría.

Capítulo II

También disponemos por esta ley, que esta tal potestad de sí mismo no conceda lo mismo que la que se crea por la emancipación, sino que el imperio confiere cierto premio especial á tal potestad de sí mismo. Porque no queremos que el que así se hace de propia potestad pierda algún derecho de los legítimos, sino que tanto á la familia respecto á ellos, como á ellos respecto á su familia les queden conservados intactos los derechos legítimos y naturales, y sus hijos caigan después de la muerte de los abuelos bajo la potestad de ellos, como si hubiese acontecido que los padres de aquéllos se hubiesen hecho de propia potestad por muerte de sus propios padres, y no por virtud de la presente ley, y después de la muerte de sus propios padres tuvieran con razón bajo su potestad á los hijos, de suerte que no parezca que se les quita nada de lo que por el imperio se les confiere, porque corresponde que todo bien que para los hombres se adquiere de Dios, ó del imperio, que sigue á Dios, haya de permanecer extraño á toda malicia y menoscabo.

Capítulo III

Mas es evidente que no hay nadie que ignore, que ante todo se adquiere para los santísimos obispos también su propia potestad por virtud de su misma ordenación. Porque los que son padres espirituales de todos, ¿cómo estarán bajo la potestad de otros? Mas es conveniente que también ellos disfruten de este honor, y que gocen de él por virtud de esta nuestra legislación.

Epílogo

Por tanto, queremos ¡oh respetabilísimos padres! que lo que nos ha parecido bien para vuestra reverencia y honor brille perpétuamente en nuestra reipública, tanto para nuestro ornato, como para prueba de nuestra liberalidad, que hemos concedido á nuestros padres, cónsules, y sacerdotes.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Abril, en el año duodécimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de APION, varón muy esclarecido. [539.]

(5) El cód. Hamb., Trid., y Port.; etiam, adiciona Cont.
(6) vestram, Bk., y según anota Cont. al márgen se halla en todos los mms.

CONST. LXXXIII (1)

DE IUDICIBUS, ET UT NULLATENUS CUM IUREIURANDO
ELIGATUR ALIQUIS IUDEX,
QUOD PERMANEAT EI; ET UT APPELLATIONES
ACCIPIANT MODIS OMNIBUS IUDICES; ET UT IN MEDIA
LITE FACTÆ FORMÆ, QUO MODO
OPORTEAT DECIDI
COGNITIONEM, NON ATTENDANT IUDICES
(Coll. VI. tit. 10.)

Idem Imperator Aug. IOANNI, gloriosissimo Praetoriorum Orientis Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio

A Zenone piae memoriae scripta est lex de iudiciorum ordine, multas quidem mutationes subsequentibus suscipiens temporibus, ad hoc autem pervenit, ut paulatim paene omnino caderet. Nam et qui in ea conscripti sunt pedanei iudices, humanam omnes reliquerunt vitam, et plurima definiti iuris tacita sunt, et certam non meruerunt memoriam, sed usus haec percipiens in aliam transtulit figuram. Nos igitur videntes omnino confusum iudicum schema, existimavimus oportere haec (2) lege determinare, quae decentem ordinem imponat causae. Non enim existimavimus oportere habere iudicum quosdam (3) nomina, maxime legum ineruditos, deinde neque causarum habentes (4) experimentum. Nostris enim administratoribus adsunt modis omnibus etiam assessores, et ea, quae legum sunt explicantes, et occupationes adimplentes eorum, quoniam multis (5) detenti curis, quas apud nos habent, merito iudiciorum complent partem per suorum praesentiam assessorum. Hii autem neque cingulum habentes, neque nobis ministrantes, nisi potuerint per se nosse, quod iustum est, sed aliunde emendicare iudicandi honestatem, quo modo non maximum vitium erit reipublicae, non eis, qui ex se quod agendum sit sciant, lites tradere, sed sinere eos quaerere alios, a quibus liceat discere, quae ipsos in iudicando eloqui decet? Haec nos merito ad praesentem legem (6) erexerunt, nostrorum subiectorum curam agentes, et volentes eis etiam quae de iudiciis sunt in promptu esse atque facilia, et absque omni dilatione transigenda.

Cap. I

Vetus igitur schema Zenonis constitutionis (7) pia memoriae, quae unicuique praetorio certos definit iudices, omnino perimimus, eligere vero perspeximus (8) in rebus utilibus habentes attestationem, qui communes omnium erunt iudices, tanquam undique electi. Et hoc quidem gestum est, et electi sunt a nobis iudices Anatolius vir spectabilis iam advocacione dudum completa, et inter spectabiles fisci advocatos deputatus, ac Flavianus, qui

(1) El texto griego (Novela LXXXII.) se halla en Hal. y Scring.—La mayor parte de la Novela está en las Bas.—Julian. Const. 76.—La versión latina es la antigua glosada.

(2) Port.; haec, el cód. Hamb., Trid., y Cont.

(3) El cód. Hamb., y Trid.; quorundam, Port., y Cont.

(4) Bk.; ineruditorum—habentium, el cód. Hamb., y las ed.

CONSTITUCION LXXXIII

DE LOS JUECES, Y DE QUE DE NINGUNA MANERA SEA
ALGUIEN ELEGIDO JUEZ CON
JURAMENTO DE ESTARSE Á ÉL; DE QUE DE
TODOS MODOS ADMITAN LOS JUECES LAS APELACIONES; Y
DE QUE NO ATIENDAN LOS JUECES Á DISPOSICIÓN
DADA Á LA MITAD DEL LITIGIO
SOBRE EL MODO CÓMO DEBE DECIDIRSE EL CONOCIMIENTO
(Colección VI. título 10.)

El mismo Emperador, Augusto, á JUAN, segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.

Prefacio

Por Zenón, de piadosa memoria, se escribió sobre el orden de los juicios una ley, que recibió ciertamente muchas alteraciones en los tiempos subsiguientes, pero que ha llegado al punto de caer paulatinamente casi en completo desuso. Porque han fallecido todos los jueces pedáneos que en ella fueron establecidos, y han pasado en silencio muchas de las cosas del derecho establecido, y no han merecido memoria cierta, sino que apoderándose de ellas el uso les ha dado otra forma. Así, pues, nosotros viendo enteramente confundido el orden de los jueces, hemos estimado que era menester determinar sobre estas cosas por una ley, que ponga en la materia el orden conveniente. Porque hemos juzgado que no convenia que tengan el nombre de jueces algunos, principalmente los que son imperitos en las leyes, y en segundo lugar los que no tienen experiencia en los negocios. Pues á nuestros administradores les asisten en todos los casos también asesores, explicando lo que se refiere á las leyes, y supliéndoles en sus ocupaciones, porque retenidos por muchos cuidados que cerca de nosotros tienen, con razón suplen sus funciones en los juicios con la presencia de sus asesores. Mas no teniendo aquéllos cingulo, ni prestándonos servicio, si no pudieren conocer por sí lo que es justo, sino que debieran mendigar en otra parte respetabilidad para juzgar, ¿cómo no resultaría grandísimo daño á la república de no confiar los litigios á los que por sí sepan lo que se ha de hacer, sino de dejar que ellos busquen otros, de quienes les sea lícito aprender lo que es conveniente que ellos mismos pronuncien al juzgar? Con razón nos movieron estas cosas á dictar la presente ley, procurando por nuestros súbditos, y queriendo que tengan también expedito y fácil lo que se refiere á los juicios, y que estos se terminen sin ninguna dilación.

Capítulo I

Así, pues, suprimimos en absoluto el antiguo orden de la constitución de Zenón, de piadosa memoria, que estableció ciertos jueces para cada pretorio, y hemos determinado elegir á los que tengan reputación en cosas útiles, los cuales serán jueces comunes de todos, como elegidos de todas partes. Y esto es ciertamente lo que se ha hecho, y han sido elegidos jueces por nosotros Anatolio, varón espectable, que hace ya tiempo acabó la abogacia,

(5) Trid., y el cód. Hamb., por segunda mano; multi, el cód. Hamb., Port., y Cont.

(6) Bk.; legem, omitenia el cód. Hamb., y las ed.

(7) El cód. Hamb.; Zenonis constitutionis, las ed.

(8) Iudices, adiciona Bk.

nunc advocatus fisci consistit, et Alexander, et Stephanus, et Mennas, eloquentissimi advocati et pedanei iudices tui fori, et Alexander alter, quem pedaneum iudicem esse praetorii gloriosissimi magistri sacrorum officiorum cognovimus, et duo subsequentes alii advocati tui fori, Victor, et qui ex Quizico est Theodorus (1). Ex advocatis itaque isti iudices praepnantur.

§ 1.—Quia vero competens est, esse etiam maiores iudices aliquos dignitate provectoris experimento causarum multarum, aut plurimi temporis exercitatos magnis cingulis, aut multitudine horum exercitatos, qui etiam nostrae observent pietati, ideo perspeximus ex gloriosissimis quidem patriciis Platonem gloriosissimum patricium, longum qui (2) in urbana praefectura obtinuit tempus, et secundo in illis sedibus constitutus est, et Victorem gloriosissimum et ipsum, qui tam in magna Hellada (3), quam in nobili Alexandrinorum civitate administravit, et praefecturae urbanae tenuit praesulatum, et neque legum inexpertum, et Focam gloriosissimum inter nostros annumerandum (4) iudices, virum quemque tua sedes novit laudabiliter (5) sibi praestantem, insuper et quae legum sunt scientem, inter hos Marcellum quoque magnificentissimum, semper quidem eum nobis praesentem et circa iustitiae miramur (6) observationem, et ab omnibus paene nos adeuntibus propter hoc petitum scimus (7), et consiliario utentem laudabili, quatenus disponere quae ex legibus sunt possit, id est Apione viro spectabili, et fisci advocato, et in aliis habente testimonium optimum tam apud alios, quam a nobis ipsis.

Cap. II

Iudices itaque post nostros administratores hos esse volumus, et his omnibus negotia secundum quod nobis visum fuerit delegamus. Si quis autem nostrorum iudicum deputare voluerit causas, iis, qui definiti sunt a nobis, pedaneis iudicibus tradat, et alteri omnino nulli, nisi consiliariis suis commiserit particulares examinationes, ipse pro omni negotio iudicium portaturus.

Cap. III

Sedebunt autem hi pedanei iudices continue et nunc in regia basilica, in quibus et nunc domunculis iudicant, matutino mox et meridie et vespere audientes causas, non solum quae post legem novendae sunt apud eos, sed etiam alias (8), quaecunque apud alios quidem sunt secundum antiquum motae schema, nunc autem a nobis ad eos mutari praepntae sunt.

(1) *Trid.*; et qui ex quizico est Theodorus, *el cód. Hamb.*; et ex Quizico Theodorus, *Port.*, y *Cont.*

(2) *Spang.*; gloriosissimum patricium qui, *el cód. Hamb.*, *Trid.*, y *Port.*; gloriosissimum (patricium) Longum, qui, *Cont.*

(3) *El cód. Hamb.*, y *Trid.*, y así dice *Cont.* al margen que se halla en todos los mms.; *Hellada, Port.*, y *Cont.*

(4) annumerandum, *omitela el cód.*; adnumerandos, *Trid.*, y *Port.*

y ha sido comprendido entre los espectables abogados del fisco; y Flaviano, que en la actualidad es abogado del fisco, y Alejandro, y Estéban, y Mennas, elocuentísimos abogados y jueces pedaneos de tu foro, y otro Alejandro, que sabemos que es juez pedáneo del pretorio del gloriosísimo maestre de los sacros oficios, y los otros dos siguientes abogados de tu foro, Victor, y el llamado Teodoro de Quizico. Así, pues, de los abogados sean estos nombrados jueces.

§ 1.—Pero como es conveniente que haya también algunos jueces superiores en dignidad, elevados por su experiencia de muchas causas, ó ejercitados mucho tiempo en grandes magistraturas, ó adiestrados por la multitud de estas, los cuales sean también afectos á nuestra piedad, por ello hemos, á la verdad, fijado nuestra atención, entre los gloriosísimos patricios, en Platón, muy glorioso patricio, que estuvo largo tiempo en la prefectura de la ciudad, y que por segunda vez se halla en aquella sede; en Victor, también él gloriosísimo, que gobernó tanto en la grande Grecia, como en la noble ciudad de Alejandria, y ejerció la gefatura de la prefectura de la ciudad, y no es inexperto en las leyes; en Foca, gloriosísimo, que ha de ser contado entre nuestros jueces, varón á quien tu sede conoció sirviéndola loablemente, concedor además de lo que se refiere á las leyes; y entre éstos, también en el muy magnífico Marcelo, á quien ciertamente siempre tuvimos presente y de cuyo culto á la justicia nos admiramos, y que sabemos fué por esto pedido por casi todos los que se dirigieron á nosotros, y que se sirve de un loable consejero, á fin de poder disponer lo que corresponde por las leyes, esto es, de Apión, varón espectable, y abogado del fisco, y que en otras cosas tiene muy buena reputación tanto para los demás como para nosotros mismos.

Capítulo II

Así, pues, queremos que éstos sean jueces después de nuestros administradores, y á todos ellos les delegamos los negocios según lo que nos pareciere. Mas si alguno de nuestros jueces quisiere delegar causas, encomiéndeselas á estos jueces pedaneos que han sido establecidos por nosotros, y de ningún modo á otro alguno, á no ser que encomendare particulares exámenes á sus propios consejeros, pero debiendo él proferir la sentencia respecto á la totalidad del negocio.

Capítulo III

Mas estos jueces pedaneos se sentarán en tribunal ahora y siempre en la real basilica, en las salas en que también ahora juzgan, oyendo las causas desde la mañana, al mediodía y por la tarde, no solamente las que después de esta ley se hayan de promover ante ellos, sino también las que han sido promovidas ante otros con arreglo al antiguo orden, pero que ahora se ha mandado por nosotros que pasen á ellos.

(5) *Cont.* al margen, donde también propuso que en lugar de praestantem se leyera praesidentem; á su vez virum quaecunque sedes noverit laudatum quam, se lee en el *cód. Hamb.*, y las *ed.*

(6) miratum, *Bk.*

(7) scimus, *omitela Bk.*

(8) *El cód. Hamb.*; ut, *adicionan las ed.*

Cap. IV

Illo custodiendo, ut, si sub appellatione a pedaneis iudicibus aut gloriosissimis viris fiant causae, et ipsae si quidem (1) a nobis ipsis delegatae sint, secundum quantitatem aut in commune apud gloriosissimos iudices nostros examinabuntur, aut aliis secundum consuetudinem sacrarum consultationum delegabuntur. Si qui tamen gloriosissimorum nostrorum iudicum causas eis delegaverint, ad eos, qui hos miserunt eis audientibus, appellatio remeabit, ab illis autem rursus secundum praedictum modum talia iudicabuntur.

Cap. V

Audient igitur omnes quidem litem usque ad trecentos solidos existentem sub schemate annotationis. Sic enim velocius lites iudicabuntur, et circulis cognitionalibus ac temporis contritione omnes litigantes liberabuntur. Palam vero est, quia, etsi per annotationem audient causas, veruntamen dabunt terminum per scripturam, qui eorum manifestet sententiam; appellationibus in his nulli penitus perimendis, nisi forte tertio appellare voluerit, aut per contumaciam defuerit; talibus enim etiam appellationum perimitur ratio.

Cap. VI

Appellationes autem ex hac magna civitate a pedaneis iudicibus non ultra duos menses habere inducias in cursu fatalium volumus, post quos necesse est fatales suum inchoare cursum, ea, quae vocatur a legibus reparatio (2), locum in his nullum habente.

Cap. VII

Nulloque (3) praesumente transcendere, quae in sportulis aut in litis expensis a nobis disposita sunt, sed omnibus his contentis, et formidantibus poenam, quam in talibus sacra nostra constitutio terminavit.

§ 1.—His, qui causas praeparant, sic existentibus, sicut et militiae figura hactenus definit, unoquoque tamen iudice duobus quidem exceptoribus utente, et duobus causas praeparantibus et complementibus, non valentibus eis (4) pluribus, quam duobus omnino ministrare iudicibus. Hos autem omnino locupletes et probatos esse; ut neque ab eis aliquid peccetur, neque prodatur, neque maligne agatur, sed periculo officiorum, aut scholarum, aut scriniorum praebentium eis super eos electionem simul et ministerium (5), et vel si quid ab eis peccatur, ad illos, qui deputant eos, referri exinde periculum, qui omne damnum eorum causa factum his, qui ab eis laesi sunt, curabunt. Necessitatem habentibus etiam competentibus iudicibus, si eis interpellatio fiat, praeparare modis omnibus, eos, qui ex officiis suis aut scholis aut scriniis eligunt ministrantes, hinc laesis damnum curare. Si vero iudex aliquam senserit malignitatem ab aliquo ministrantium fieri, expellat quidem auditorio suo

Capítulo IV

Habiéndose de observar, que, si las causas se constituyeran en apelación de los jueces pedáneos ó de gloriosísimos varones, si ellas ciertamente hubieran sido delegadas por nosotros mismos, ó serán examinadas, según su cuantía, en común ante nuestros gloriosísimos jueces, ó serán delegadas á otros conforme á la costumbre de las sacras consultas. Mas si algunos de nuestros gloriosísimos jueces les hubieren delegado causas, la apelación volverá á los que los enviaron para que las oyeran, pero tales negocios serán juzgados de nuevo por ellos en el modo antes dicho.

Capítulo V

Todos, pues, oirán ciertamente el litigio que llegue hasta trescientos sueldos en la forma de anotación. Porque así serán juzgados más rápidamente los litigios, y todos los litigantes se librarán de los rodeos del conocimiento y de las dilaciones de los términos. Mas es evidente, que, aunque oigan las causas en la forma de anotación, les pondrán, sin embargo, término por escrito, que manifieste su sentencia; no debiéndosele denegar á nadie en ellas las apelaciones, á no ser que quisiere apelar tercera vez, ó hubiere estado ausente por contumacia; porque para los tales su suprime el recurso de las apelaciones.

Capítulo VI

Mas queremos que las apelaciones de los jueces pedáneos de esta grande ciudad no tengan más término que el de dos meses para el curso de los días fatales, después de los que es necesario que los días fatales comiencen su curso, sin que en ellas tenga lugar alguno la que por las leyes se llama reparación.

Capítulo VII

Y no se atreva nadie á infringir lo que respecto á las espórtulas ó á las expensas de litigio ha sido dispuesto por nosotros, sino conténtense todos con aquello, temiendo la pena que en tales casos estableció nuestra constitución.

§ 1.—Los que preparan las causas existirán en la forma que hasta ahora determinó el orden de su cargo, sirviéndose cada juez de dos escribanos, y de dos que preparen y completen las causas, sin que puedan ellos en ningún caso servir á más de dos jueces. Mas sean ellos en absoluto abonados y probados, de suerte que en nada se delinca por ellos, ni se haga traición, ni se obre malamente, sino que graven respecto á ellos la elección al mismo tiempo que el cargo á riesgo de los oficios, ó de las escuelas, ó de las secretarías que se los dieron, y si en algo se delinquiera por ellos, la responsabilidad de esto sea atribuída á los que los nombran, los cuales resarcirán todo el daño hecho por causa de ellos á los que por ellos fueron lesionados. Teniendo también los jueces competentes necesidad, si se les hiciera alguna reclamación, de disponer de todos modos, que los que entre sus oficiales, escuelas ó secretarías eligen servidores auxiliares indemnicen á los lesionados el daño de aquí proveniente.

(1) *El cód. Hamb., y Trid.; quidem, Port., y Cont.*

(2) *reparatione, Bk.*

(3) *El cód. Hamb., y Trid.; nullo quoque, Port., y Cont.*

(4) *eisdem, Bk. ed. estereotipada.*

(5) *esse, adición Bk.*

eos, qui non cum utili opinione causis utuntur, alios autem instituat sententia et electione eorum, quibus hoc, sicuti praediximus, periculi est.

Cap. VIII

Si quis autem aut gloriosissimorum aut eloquentissimorum iudicum removeatur iudicare pro qualibet causa vel necessitate, non aliter alter in eius succedat auditorio (1), nisi hoc nos decernentes, alii tradiderimus pro eo causarum examinationem.

Cap. IX

Ne autem circa haec labor sine mercede nostris fiat pedaneis, sancimus, eos in unaquaque dicta apud eos causa, vel si divinitus fuerit deputata, duos quidem aureos ab utraque parte in contestatione litis accipere, et duos in fine negotii, et ultra hoc nihil, quod etiam praedecessores nostri definiunt, sed his contentos esse solis, privilegiis quippe, quae in deminutione sumtuum quibusdam concessa sunt, omnibus integris secundum suum ordinem conservandis. Hoc autem dicimus in litibus transcendentibus quantitatem aureorum centum. Si enim usque ad hoc mensura fuerit litium, nihil eos audientiae causa volumus exigi; qui enim ita parvae quantitatis exactionem facit, pro maxima parte victoria sic pauperem fraudat. Et neque in hoc solummodo stamus, sed etiam de proprio ipsis largimur. Volumus enim unumquemque istiusmodi pedaneorum (2) annis singulis a mensa tuae celsitudinis percipere duas libras auri, et his esse contentum solis, et neque redimi, et aurum omnino despiciere. Propterea enim eligimus fiscum minuire, quatenus horum unusquisque contentus nostra largitate et quaternis aureis puras deo et nobis et legi custodiat manus, cogitans, quae a prioribus legislatoribus de his definita sunt.

Cap. X

Oportet autem expensarum rationem iudices omnino examinare, et quia hoc bene Zenonis pia memoriae decrevit sententia (3) et nos non indignati sumus partem etiam hoc nostrarum facere dispositionum. Maneat ergo etiam hoc nostrarum in eodem schemate custoditum, illo solo adiecto, si iusiurandum intulerit de expensis iudex victori, scilicet cum quantitate, quae visa erit ei recte se habere, quam taxationem vocant leges, deinde ille iuraverit, non habere licentiam iudicem in (4) minus, quam iuratum est, condemnare, neque videri clementerem lege, quae haec disponit. Si tamen perspexerit neutrum sumtuum subdere rationi, et propter (5) negotii forte varietatem, hoc ipsum decernat sua sententia. Omnibus aliis super appella-

Pero si el juez hubiere sabido que por algunos de los servidores auxiliares se cometia alguna maldad, expulsee ciertamente de su audiencia á los que no sirven en las causas con buena reputación, y nombre á otros por dictamen y elección de aquellos á cuya responsabilidad está esto, según antes hemos dicho.

Capítulo VIII

Mas si alguno de los gloriosísimos ó elocuentísimos jueces fuera por alguna causa ó necesidad separado de juzgar, no le suceda otro en su audiencia de otra suerte, sino si decretándolo nosotros le hubiéremos encomendado á otro en lugar de aquél el conocimiento de las causas.

Capítulo IX

Mas para que el trabajo sobre esto no resulte sin retribución para nuestros pedáneos, mandamos que en cualquiera causa ventilada ante ellos, ó que les hubiere sido encomendada por la divinidad imperial, reciban ellos ciertamente dos áureos de ambas partes al ser contestada la demanda, y otros dos al final del negocio, y nada más que esto, cosa que también dispusieron nuestros predecesores, sino contentense con esto solo, debiéndose conservar conforme á su orden integros todos los privilegios, que respecto á la disminucion de los gastos fueron concedidos á algunos. Mas esto lo decimos en cuanto á los litigios que exceden de la cuantía de cien áureos. Porque si la cuantía de los litigios llegara hasta aquí, queremos que nada se exija para ellos por causa de la audiencia; pues el que de tan pequeña cantidad hace exacción, defrauda de la mayor parte de su victoria al que de esta manera es pobre. Y no nos limitamos solamente á esto, sino que también les hacemos liberalidad con lo nuestro propio. Porque queremos que cada uno de estos pedáneos perciba cada año de la mesa de tu excel-situd dos libras de oro, y se contente con ellas solas, y no sea sobornado, y desprecie en absoluto el dinero. Pues por esto preferimos gravar el fisco, á fin de que contentándose cada uno de éstos con nuestra liberalidad y con los cuatro áureos conserve limpias las manos para Dios, para nosotros y la ley, teniendo presente lo que por los anteriores legisladores ha sido determinado sobre esto.

Capítulo X

Mas conviene que los jueces examinen en todo caso la cuenta de los gastos, tanto porque esto lo decretó acertadamente una disposición de Zenón, de piadosa memoria, cuanto porque nosotros no nos desdeñamos de hacerlo también parte de nuestras disposiciones. Subsista, pues, guardado también en el mismo orden, con esta sola adición, que si el juez le defriese al vencedor juramento sobre los gastos, por supuesto, con la cantidad que á él le hubiere parecido que era justa, á la cual llaman las leyes tasación, y después aquél hubiere jurado, no tenga el juez licencia para condenar en menos de lo que se juró, ni para parecer más clemente que la ley que dispone esto. Pero si viere que ninguna de las partes está obligada al importe de las costas,

(1) *El cód. Hamb., y Trid.; auditorium. Port., y Cont.*

(2) unumquemque eorum qui sub istis sunt pedaneorum, et cód. Hamb.; unumquemque horum qui sub isto vel his sunt pedaneorum, Trid., y Port.

(3) *El cód. Hamb.; et auctoritas, adicionan las ed.*

(4) *Bk.; in, omitenta el cód. Hamb., y las ed.*

(5) *Bk. ed. estereotipada; et propter, el cód. Hamb., y las ed.*

tionibus, sicut praediximus, et excusationibus, et ut non promte et cum necessitate fiant litis contestationes, sed habeant viginti dierum inducias, et quidquid aliud iudiciale decrevimus, in propria virtute manentibus.

Cap. XI

Quia vero multae quaedam nobis fiunt interpellationes, eligentibus quibusdam iudices penitus ignorantes leges et experimentum, et prone iurant iudicibus se contentos, quibus nequaquam quispiam quodlibet credat, deinde suadent forsitan etiam iudicibus quasi sibi praebere iusiurandum, viris neque (1) quid sit iustum, neque eius observationem (2) scientibus, et merito laesi ipsi rursus volunt examinari negotium, obliti iusiurandi, quod iuraverunt, causa nobis subversione digna visa est.

§ 1.—Et quia cognovimus ex rerum experimento, incautum hoc esse, sancimus, de cetero nullum fieri omnino iudicem arbitralem, et cum iusiurandi cautione iudicare, ne ex hoc in periurium invitum incidant homines, propter iudicum ignorantiam peierare compulsi, sed omnino qui iudicem aut iudices eligunt, cum poena eligant eos, quatenus partes adinvicem coeant, et necessitatem habeant aut contentae esse iudicio, aut, si retractare voluerit alter, det mulctam, et sic licentiam habeat discedere (3) ab iis, quae iudicata sunt, et ad aliud venire auditorium; nostris iudicibus, si aditi fuerint, exigentibus mulctam, et iis, qui eam iussi sunt accipere, restitui praeparantibus. Scientibus iis, qui iudices eligunt, quia, si hoc non egerint, neque stipulati fuerint poenam, sed existimaverint sufficere sibi ex iureiurando cautionem, deinde iudices sic electi noceant eis, si quidem ex studio, a domino deo poenas periurii sustinebunt, si autem ex ignorantia hoc passi fuerint, nihil praeter iusiurandum erit eis amplius, quia neque periurium volumus ab aliquo inferri, neque rursus litigantes sustinere damnum magnum propter iudicantium ignorantiam citra iusiurandi reverentiam permittimus. Omnibus ante sancitis sive ex antiqua legislatione, sive a nobis de compromissariis iudicibus aut in (4) arbitris, extra tamen necessitatem iusiurandi, in propria virtute manentibus, et nequaquam ex hac nostra lege novandis.

Cap. XII

Nostros tamen iudices omnibus modis suscipere appellationes sancimus, et nulli licentiam esse penitus hoc repellere, praeter solam tuam eminentiam, cui hoc ab initio largitur imperium, retractationis introducens auxilium.

Cap. XIII

Omnis autem iudex, sive cingulum habens, sive

(1) *El cód. Hamb.*; iusiurandum iuris, neque, *las ed.*
(2) *El cód. Hamb.*; observationes, *las ed.*

acaso también por la variedad del negocio, declare esto mismo en su sentencia. Subsistiendo en su propio vigor todas las demás disposiciones sobre las apelaciones, según antes hemos dicho, y sobre las recusaciones, y sobre que no se hagan perentoriamente y con apremio las contestaciones de la demanda, sino que tengan veinte días de término, y cualquiera otra disposición que sobre los juicios hayamos decretado.

Capítulo XI

Mas como se nos hacen muchas reclamaciones porque algunos eligen jueces absolutamente ignorantes de las leyes y sin experiencia, y juran con facilidad que están contentos de jueces, en quienes nadie tendría de ningún modo confianza alguna, y después acaso persuaden también a los jueces para que les presten juramento, siendo hombres que ni saben lo que es justo, ni la observancia de ello, y cuando con razón han sido lesionados quieren que de nuevo se examine el negocio, olvidándose del juramento que prestaron, nos pareció el caso digno de ser condenado.

§ 1.—Y puesto que sabemos por experiencia de los negocios que esto es inseguro, mandamos que en lo sucesivo no se nombre absolutamente ningún juez arbitral y para que juzgue bajo caución de juramento, a fin de que por ello no incurran los hombres en perjurio involuntario, compelidos a ser perjuros por causa de la ignorancia de los jueces, sino que en todo caso los que eligen juez ó jueces los elijan bajo la pena que entre sí convengan las partes, y tengan la necesidad ó de contentarse con el fallo, ó de pagar una multa, si uno ú otro quisiere retractarse, y de este modo tenga licencia para separarse de lo que fué juzgado, y para recurrir á otra audiencia; exigiendo nuestros jueces, si á ellos se hubiere recurrido, la multa, y disponiendo que sea entregada á los que se mandó que la recibieran. Teniendo entendido los que elijan jueces, que si no hubieren hecho esto ni estipulado pena, sino juzgado que les bastaba la caución del juramento, y luego les perjudicaran los jueces así elegidos, si verdaderamente de intento, soportarán por la parte del señor Dios la pena del perjurio, y si esto lo sufrieren por ignorancia, no tendrán nada más á excepción del juramento, porque no queremos que por nadie se cometa perjurio, ni tampoco permitimos que los litigantes soporten grande daño por la ignorancia de los juzgadores fuera del respeto debido al juramento. Subsistiendo en su propio vigor, y no debiendo ser en manera alguna innovado por esta ley nuestra, todo lo sancionado antes ó por la antigua legislación ó por nosotros respecto á los jueces compromisarios ó á los árbitros, pero exceptuada la necesidad del juramento.

Capítulo XII

Pero mandamos que de todos modos admitan nuestros jueces las apelaciones, y que absolutamente ninguno tenga licencia para rechazarlas, á excepción de tu sola eminencia, á la cual se le concedió esto en un principio por el imperio, introduciendo el auxilio de la retractación.

Capítulo XIII

Mas todo juez, ya si tiene cingulo, ya si juzgara

(3) *El cód. Hamb.*, y *Trid.*; reus, *adicionan Port.*, y *Cont.*
(4) *El cód. Hamb.*, y *Trid.*; in, *omissiona Port.*, y *Cont.*

aliter iudicans, custodiat leges, et secundum eas proferat sententias, et vel si contingat iussionem nostram in medium, vel si sacram formam, vel si pragmaticam procedere sanctionem, dicentem aliter agi, sequatur legem; nos enim volumus obtinere, quod nostrae volunt leges. Si enim sub appellatione lis fiat, iudex quidem suscipiat modis omnibus oblatam appellationem, nihil penitus excusans, in quibus omnino licet appellare, auxilium vero circa appellationes omnibus adiacet, per quod licet laeso et queri, et mereri correctionem aut ab iis, qui de appellatione iudicant, aut a nobis ipsis, si ad nos sententia referatur.

Cap. XIV

Si quid autem audientes iudices putaverint esse dubium, damus eis licentiam de his nunciare nobis, et consulere nos, ut discant, quae necessaria sunt, et ita quod agendum est explicent, et faciant iusta simul et rationabilia iudicia.

Epilogus

Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et propter nostrorum subiectorum utilitatem gesta sunt, haec et (1) in imperiali proponat basilica, et in aliis partibus nostrae regiae civitatis, ut universis haec fiant manifesta, et discant, quia per omnia nobis cura est eorum [utilitatis pariter et aequitatis].

Dat. VI. Id. April. Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. A. ann. XIII., APIONE V. C. Cons. [539.]

CONST. LXXXIV (2)

UT CLERICI APUD PROPRIOS EPISCOPOS PRIMUM
CONVENIANTUR, ET
POST HOC APUD CIVILES IUDICES
(Coll. VI. tit. II.)

Idem Augustus IOANNI, gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio

Plurimas sacras scribentes leges et de deo amabilibus episcopis, et reliquo omni sacerdotio, nec non de reverendissimis monachis, et nuper hoc agentes, in quibus volumus reverendissimos monachos apud solos civitatis episcopos, sub quibus sunt monasteria, conventiones suscipere, petiti sumus a Menna deo amabili archiepiscopo huius felicissimae civitatis et universali patriarcha, reverendissimis clericis hoc dare privilegium, ut, si quis habet adversus eos quamlibet pecuniariam causam, prius ad deo amabilem archiepiscopum pergat, sub quo constitutus est, et interpellatus eum et ex non scripto iudicium mereatur. Et si hoc fiat, nec inquietet eum, nec trahat ad auditoria civilia, neque a sacro eum vacare faciat ministerio, sed

(1) *Trid.*; hoc (omittendo et), el *cód. Hamb.*; hic et, *Port.*, y *Cont.*

(2) *El texto griego (Novela LXXXIII.) se halla en Scring., no habiendo en Hal. más que la rúbrica y la inscripción.—*

de otro modo, guarde las leyes, y profiera sus sentencias con arreglo á ellas, y aunque acontezca que en el intermedio se expide alguna orden nuestra, ó sacra disposición, ó pragmática sanción, que diga que se proceda de otro modo, aténgase á la ley; porque nosotros queremos que prevalezca lo que quieren nuestras leyes. Si, pues, un litigio se constituyera en apelación, admita ciertamente de todos modos el juez la apelación presentada, sin excusarse absolutamente por nada, en los casos en que es de todo punto lícito apelar, pero asista á todos respecto á las apelaciones recurso por el cual le sea lícito al lesionado querrellarse y obtener corrección ó de los que juzgan en la apelación, ó de nosotros mismos, si la sentencia fuese remitida á nosotros.

Capítulo XIV

Mas si los jueces que oyen un negocio juzgaren que alguna cosa es dudosa, les damos licencia para que nos den noticia de ella, y nos consulten, á fin de que aprendan lo que es necesario y de este modo resuelvan lo que se ha de hacer, y profieran sentencias justas al mismo tiempo que razonables.

Epilogo

Por tanto, exponga tu eminencia en la basilica imperial y en otras partes de nuestra real ciudad lo que nos ha parecido bien y ha sido dispuesto en utilidad de nuestros súbditos, á fin de que sea hecho manifiesto á todos, y sepan que siempre cuidamos de su utilidad al mismo tiempo que de la equidad.

Dada en Constantinopla á 6 de los Idus de Abril, en el año décimo tercero del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de APIÓN, varón muy esclarecido. [539.]

CONSTITUCION LXXXIV

DE QUE LOS CLÉRIGOS SEAN CITADOS PRIMERAMENTE
ANTE SUS PROPIOS OBISPOS,
Y DESPUÉS DE ESTO ANTE LOS JUECES CIVILES
(Colección VI. título II.)

El mismo Augusto á JUAN, segunda vez Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul ordinario y Patricio.

Prefacio

Habiendo escrito muchas sacras leyes tanto sobre los obispos, amantes de Dios, como sobre todo el restante sacerdocio, y también sobre los reverendísimos monjes, y habiéndolo hecho hace poco, en cuyas leyes queremos que los reverendísimos monjes reciban las citaciones solamente para ante los obispos de la ciudad, bajo cuya dependencia están los monasterios, se nos ha pedido por Menna, arzobispo, amante de Dios, de esta felicísima ciudad y patriarcha universal, que les demos este privilegio á los reverendísimos clérigos, para que, si alguien tiene contra ellos alguna cuestión pecuniaria, se dirija primeramente al arzobispo, amante de Dios, bajo el cual se halla constituido, y demande á aquel y obtenga sentencia no por escrito. Y si se hiciera esto, no

La Novela se encuentra en Coll. 87. capitul. c. 42., y en (Ioannis) Nomoc. App. X.—Hay un epitoma en Coll. const. eccl. III. 1. 4., y en Phot. Nomoc. IX. 1.—Julian. Const. 77.—La versión latina es glosada.

ex non scripto examinetur negotium sine damnis, et accipiat formam forsán etiám scriptam, si hoc quoque partes voluerint, et poposcerint, et liberentur alterutro certamine.

§ 1.—Si vero aut propter causae naturam, aut propter quandam forte difficultatem non fuerit possibile deo amabili episcopo decidere negotium, tunc licentiam esse et ad civiles iudices pergere, et privilegii omnibus custoditis, quae reverendissimis clericis sacrae praestant constitutiones, et litigare, et examinationem fieri, et terminum imponi liti, et ita liberam fieri causam. Clarissimis iudicibus secundum nostras leges (1) studentibus cum magnanimitate et velociter lites decidere, ut non propter huiusmodi causas sacris amoveantur obsequiis, et quum oporteat deum placari, et decentia sacerdotibus agi, auditoriis detineantur, et illic (2) turbis, atque inhaerente tumultu litigantium animabus.

§ 2.—Si tamen de criminibus conveniantur, si quidem civilibus, hic quidem competentes iudices, in provinciis autem earum praesides sint iudices, non transcendente lite mensium duorum spatium, ex quo liti contestatio fit, quatenus brevis imponatur causae terminus. Illud palam est, si reum esse putaverit eum, qui convenitur, provinciae praeses, et poena iudicaverit dignum, prius hunc spoliari a deo amabili episcopo sacerdotali dignitate, et ita sub legum fieri manu.

Cap. I

Si vero ecclesiasticum sit delictum, egens castigatione ecclesiastica et multa, deo amabilis episcopus hoc discernat, nihil communicantibus clarissimis provinciae iudicibus. Neque enim volumus talia negotia omnino scire civiles iudices, quum oporteat talia ecclesiasticae examinari, et emendari animas delinquentium per ecclesiasticam multam secundum sacras et divinas regulas, quas etiam nostrae sequi non dedignantur leges. Si vero quaedam prius contestatae sunt lites, hae maneant in ipso schemate, velocem accipientes finem; omnibus, quae iam a nobis sancita sunt sive super sanctissimis ecclesiis, sive super deo amabilibus episcopis, sive super clericis, sive super monachis, propriam virtutem habentibus.

Epilogus

Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, per programmata propria manifesta faciat universis, et in perpetuum studeat custodiri.

Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop., imper. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XIII., APIONE V. C. Cons. [539.]

(1) *El cód. Hamb.*; nostras constitutiones vel leges, las ed.

lo moleste ni lo lleve á los tribunales civiles, ni haga que deje de desempeñar su sagrado ministerio, sino examinense sin escritos el negocio sin daños, y obtenga acaso también resolución escrita, si esto también hubieren querido las partes, y lo hubieren pedido, y queden libres de reciproca contienda.

§ 1.—Mas si ó por la naturaleza de la causa, ó quizá por alguna dificultad no le fuere posible al obispo, amante de Dios, decidir el negocio, haya entonces licencia para dirigirse á los jueces civiles, y, guardados todos los privilegios que les conceden á los reverendísimos clérigos las sacras constituciones, para litigar, hacerse el examen, y ponerse término al litigio, y de este modo dejar libre el negocio. Procurando los muy esclarecidos jueces con arreglo á nuestras constituciones decidir los litigios con magnanimidad y rapidez, de suerte que por tales causas no se separen de los sagrados servicios, y, siendo menester que sea Dios aplacado y se ejecute lo que corresponde á los sacerdotes, sean ellos retenidos en los tribunales, y en medio de las turbas de ellos, y entre el tumulto inherente á los ánimos de los litigantes.

§ 2.—Mas si fueran citados por delitos, si verdaderamente fueran civiles, sean, á la verdad, aquí jueces los competentes, y sean en las provincias jueces los presidentes de las mismas, no excediendo el litigio del espacio de dos meses, desde que se haga la contestación de la demanda, á fin de que se ponga breve término á la causa. Es evidente, que si el presidente de la provincia juzgare que es reo el que es demandado y lo considerare digno de pena, ha de ser él antes despojado de la dignidad sacerdotal por el obispo, amante de Dios, y ser de este modo constituido bajo la acción de las leyes.

Capítulo I

Mas si el delito fuera eclesiástico, y requiriese castigo eclesiástico y multa, conozca de él el obispo, amante de Dios, sin dar participación alguna á los muy esclarecidos jueces de la provincia. Porque no queremos que de tales negocios conozcan en modo alguno los jueces civiles, pues es conveniente que aquellos sean examinados eclesiásticamente, y que las almas de los delincuentes sean corregidas mediante pena eclesiástica conforme á las sacras y divinas reglas, á las que tampoco nuestras leyes desdeñan atenerse. Mas si antes se contestaron algunas demandas, subsistan ellas en su mismo orden, y reciban rápido término; teniendo su propio vigor todo lo que ya ha sido sancionado por nosotros, ora sobre las santísimas iglesias, ora respecto á los obispos, amantes de Dios, ora en cuanto á los clérigos, ora con relación á los monjes.

Epilogo

Por tanto, haga tu eminencia manifiesto á todos por medio de sus propios edictos lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley, y procure que sea guardado perpétuamente.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Junio, en el año décimo tercero del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de APIÓN, varón muy esclarecido. [539.]

(2) *Bl. ed. estereotipada*; illis, el *cód. Hamb.*, y las ed.

CONST. LXXXV (1)

DE CONSANGUINEIS ET UTERINIS FRATRIBUS
(Coll. VI. tit. 12.)*Imp. IUSTINIANUS Aug. IOANNI, gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Multis undique natura novitatibus utens (dictum est iam in legibus hoc saepe proemium, dicetur (2) autem et iterum, donec illa, quae sua sunt, operatur), ad opus multarum nos pertrahit legum. Legitimas enim et cognativas (3) successiones dicunt quidem nobis et veteres, et qui ex antiquissimo iure haec sumentes descenderunt usque ad nos, qui plurima horum correximus. Pervenit autem ad nos aliquid tale.

§ 1.—Duxit quidam uxorem, et filii ex eadem sunt nati, deinde moriente illa duxit rursus aliam, ex qua nati sunt filii ei, prioribus consanguinei solum, non tamen uterini; deinde etiam tertium introduxit matrimonium, fecitque filios ex eo. Post mortem vero eius ad secundum mulier descendit virum, ex quo alios fecit filios, iis, qui ex priore viro fuerant, uterinos solum, non tamen consanguineos. Moriente igitur matre, postea mori unum fratrum ex tertio matrimonio contigit sine filiis et sine testamento, multos fratres relinquentem; alios quidem consanguineos, alios autem uterinos, alios vero simul et consanguineos et uterinos. Et quae quae quidem adinventae est naturae novitas, talis quodammodo fuit. Licebit autem tali principio dato nobis ab ea (4), et alios quosdam opinari casus tale aliquid proferre valentes (5), sive morte viri, sive morte mulieris, sive alia legitima separatione, nuptiis diversis hoc facientibus. Quaestio igitur illa erat, si ad mortui fratris hereditatem oporteret omnes vocari, et consanguineos, et uterinos, et simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres.

Cap. I

Quia igitur considerantes leges omnes, quas congregavimus, et veteres omnes, et nostras, huiusmodi non invenimus emersisse quaestionem, congruum est eam sero tandem refrenare lege, et considerare, quia fratribus sunt ad defunctum alii quidem cognationis iura, quae nos legitimis copulavimus, aliis autem hoc ipso legitima. Communicabant enim aliqui (6) ei circa paternam prolem, sicut alii circa maternam, alii autem illud pure habebant, et lege et natura iuvante se, eo quod ex iisdem erant procedentes matrum sinibus, eratque eis patris semen unum, et undique veluti quoddam signum eis germanitatis resplendebat. Si igitur huiusmodi frater litibus liberare et legem et dubitantes voluisset, ad testamentum venerat, et suam sententiam fecerat manifestam, et per scripturam honorati ad hereditatem vocarentur. Quia vero hoc

CONSTITUCIÓN LXXXV

DE LOS HERMANOS CONSANGUÍNEOS Y UTERINOS
(Colección VI. título 12.)*El Emperador JUSTINIANO, Augusto, á JUAN, segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul ordinario y Patricio.*

Prefacio

Presentando en todas partes muchas novedades la naturaleza, (y este proemio ha sido ya dicho muchas veces en las leyes, pero aun se dirá otra vez, mientras aquella haga lo que le es propio), nos obliga al trabajo de muchas leyes. Porque nos exponen ciertamente las sucesiones legítimas y cognativas los antiguos y los que tomando estas cosas del antiquísimo derecho llegaron hasta nosotros, quienes hemos corregido muchas de ellas. Mas ha llegado á nosotros alguna otra de esta naturaleza.

§ 1.—Uno tomó mujer, y de ella le nacieron hijos, y después al morir aquélla se casó de nuevo con otra, de la cual le nacieron hijos, solamente consanguíneos de los anteriores, pero no uterinos; después contrajo también tercer matrimonio, y tuvo hijos de él. Mas después de la muerte de él la mujer se unió á un segundo marido, del cual tuvo otros hijos, hermanos solamente uterinos de los que habia habido del primer marido, pero no consanguíneos. Muriendo, pues, la madre, aconteció que falleció después sin hijos y sin testamento uno de los hermanos del tercer matrimonio, dejando muchos hermanos, unos ciertamente consanguíneos, otros uterinos, y otros juntamente consanguíneos y uterinos. Y la novedad que ciertamente produjo la naturaleza fué en cierto modo esta. Mas en virtud de tal principio dado por ella nos será lícito imaginar también algunos otros casos que puedan producir alguna otra cosa semejante, constituyéndola diversas nupcias ya por muerte del marido, ya por muerte de la mujer, ya por otra legítima separación. Pues la cuestión era esta, si á la herencia del hermano fallecido deberían ser llamados todos, así los consanguíneos como los uterinos, y los hermanos que son al mismo tiempo consanguíneos y uterinos.

Capítulo I

Mas como examinando todas las leyes, que reunimos, así todas las antiguas, como las nuestras, no hallamos que hubiese surgido tal cuestión, es consiguiente resolverla aunque tardíamente por una ley, y considerar que de los hermanos unos tienen ciertamente con el difunto derechos de cognación, que nosotros hemos unido con los legítimos, pero otros, los legítimos por esto mismo. Porque unos tenían comunidad con aquél en cuanto á la prole paterna, como otros en cuanto á la materna, pero otros la tenían puramente, favoreciéndoles la ley y la naturaleza, porque eran procedentes del seno de la misma madre, y tenían el germen único de un padre, y por todas partes resplandecía para ellos como cierto signo de fraternidad. Si, pues, un hermano de esta clase hubiese querido librar de litigios á la ley y á los que dudaban, pasaba á otor-

(1) El texto griego (Novela LXXXIV) se halla en Sorimq., no habiendo en Hal. nada más que la rúbrica y la inscripción.—Julian. Const. 78.—La versión latina es glosada.

(2) Bk. ed. estereotipada; dicitur, el cód. Hamb. (P), y las ed.

(3) cognaticas, Bk. ed. estereotipada.

(4) Trid., y Cont. al margen; ab eo, el cód. Hamb., Port., y Cont.

(5) El cód. Hamb., Trid., y Port.; volentes, Cont.

(6) El cód. Hamb., Trid., y Port.; aliquid, Cont.

agere noluit aut non potuit (multa (1) namque sunt hominum (2) et anxietates innumerae, et repentinae mortes), haec nostra lex causam determinet.

§ 1.—Vult autem haec lex, ex utroque decoratos, et simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres, ad successionem morientis meliores esse, quam illos, qui solummodo consanguinei aut solummodo uterini sunt. Et nos non faciat haesitare naturae varietas, sed nos huiusmodi adinventiones ostendimus legitimas atque decernimus, perfectioribus distribuentes, quae meliora sunt, et minores exaequare (3) eis non patientes.

§ 2.—Plurima namque ad hoc nos invitaverunt. Primum quidem altera nostra lex, si filius moriatur filios non habens, deinde existentibus ita forte maternis rebus, aut ex nuptiali, aut etiam ex alia causa, quae non acquiruntur, prius ex iisdem nuptiis fratres ad hereditatem vocari (4), deinde ex aliis, et post hos patrem, quod probatio erat eo (5), quod dudum talia nostra legislatio concepisset (6). Nam si etiam patre existente, suo patri, et iis, qui sunt ex aliis nuptiis, praeponi consanguineos et uterinos fratres contingit, consequens est, licet pater non existat, sed fratres solummodo, praeponi iis, qui ex uno parentum solummodo copulantur morienti, eos, qui similiter quidem consanguinei, similiter autem uterini sunt. Et his conveniens erit (7) illud, quod dudum et in maternis, et in iis, quae ex nuptiali causa aut aliter non acquirantur (8), sancitum est, hoc etiam in reliquis morientis rebus valere atque tractari. Haec igitur lex in isto casu data sibi occasione, sicuti dictum est, posita sit. Et quia ex tribus matrimoniis haec processit novitas (9) naturae, nihil prohibet, vel si quis proponat et in duobus solummodo matrimoniis alios quidem esse solum uterinos, alios autem consanguineos simul et uterinos, vel si quis extendi dicat matrimonia, et adhuc amplius tale aliquid fieri. Et sic in huiusmodi casibus, ubi tales quidam introducuntur ordines fratrum, lex habeat suam virtutem, et excludant duplici utentes iure eos, qui uno solo uti possunt.

Cap. II

Si vero non talis est casus, sed solummodo constituti sunt uterini aut consanguinei, et moriatur aliquis fratrum, haec (10) prioribus subiaceant legibus, quae eorum iam (11) successiones disposuerunt. Locum tamen haec lex habeat non solum in hoc casu, qui quaestionem movit, sed etiam in iis, qui postea futuri sunt. Quocirca priora, si aut iudicis sententia, aut pactionum expedita sunt formis, habeant propriam decisionem, huius legis iudicio non egentia.

(1) *El cód. Hamb.; multae, las ed.*
 (2) *El cód. Hamb., y Trid.; homini, Port., y Cont.*
 (3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.; exaequare, Cont.*
 (4) *vocat, Bk.*
 (5) *eo, omitta Bk.*
 (6) *El cód. Hamb.; concessisset, las ed.*

gar testamento, y hacia manifiesta su voluntad, y eran llamados á la herencia los hermanos por la escritura. Mas como no quiso, ó no pudo, hacer esto, (pues les sobrevienen á los hombres muchas cosas é innumerables angustias y muertes repentinias), resuelve el caso esta ley nuestra.

§ 1.—Mas quiere esta ley que los llamados tales por ambos lados, al mismo tiempo, á la verdad, hermanos consanguineos y al mismo tiempo uterinos, sean para la sucesión del que fallece preferentes á los que son solamente consanguineos ó únicamente uterinos. Y no nos haga dudar la variedad de la naturaleza, sino que mostramos y decretamos que son legítimas tales innovaciones, al distribuir entre los más perfectos lo que es mejor, y al no consentir que los que lo son menos se igualen con ellos.

§ 2.—Porque muchas cosas nos invitaron á esto. En primer lugar ciertamente otra ley nuestra que dice, que si muriese un hijo no teniendo hijos, habiendo en este caso quizá bienes maternos, ó por causas de nupcias, ó también por otra causa, que no sean adquiridos, sean llamados á la herencia primeramente los hermanos de unas mismas nupcias, y después los de otras, y después de ellos el padre, lo cual era prueba de que ya antes nuestra legislación había imaginado tales cosas. Porque, si existiendo también el padre acontece que los hermanos consanguineos y uterinos son antepuestos á su propio padre y á los que son de otras nupcias, es consiguiente que aunque no exista el padre, sino solamente hermanos, sean antepuestos, á los que están unidos al que fallece solamente por uno de los padres, los que son, á la verdad, al mismo tiempo consanguineos y también uterinos. Y á esto será consiguiente, que lo que antes se sancionó, tanto respecto á los bienes maternos como en cuanto á los que por causa de las nupcias ó por otra cualquiera no se adquieren, sea válido y se aplique también en cuanto á los demás bienes del que fallece. Quede, pues, establecida esta ley en este caso, que ha dado lugar á ella, según se ha dicho. Y como esta novedad de la naturaleza provino por causa de tres matrimonios, para nada sirve de obstáculo ó que alguno suponga, también tratándose solamente de dos matrimonios, que unos hijos son, á la verdad, únicamente uterinos, y otros al mismo tiempo consanguineos y uterinos, ó que alguno diga que se extendían á más los matrimonios, y que con tanta más razón sucedía alguna cosa semejante. Y así, en estos casos, en los que se producen algunos tales órdenes de hermanos, tenga su eficacia esta ley, y los que utilicen doble derecho excluyan á los que solamente pueden servirse de uno.

Capítulo II

Mas si el caso no fuera tal, sino que solamente hay uterinos ó consanguineos, y muere alguno de los hermanos, quede esto sujeto á las anteriores leyes, que dispusieron ya las sucesiones de los mismos. Pero tenga lugar esta ley no solamente en este caso, que promovió la cuestión, sino también en los que después hayan de ocurrir. Por lo que los anteriores, si quedaron resueltos ó por sentencia judicial ó en forma de pactos, conserven su propia resolución, no necesitando de la decisión de esta ley.

(7) *erat, el cód. Hamb.*
 (8) *acquirantur, el cód. Hamb.*
 (9) *Trid.; hoc processit, novitas, el cód. Hamb., Port., y Cont.*
 (10) *El cód. Hamb.; hic, Trid., y Cont.; hi, Port.*
 (11) *El cód. Hamb.; iam, omitta las ed.*

Epilogus

Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc sacram manifestata sunt legem, per litteras proprias declarare cunctis et in perpetuum observare festinet.

Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XIII., APIONE V. C. Cons. [539.]

CONST. LXXXVI (1)

DE ARMIS
(Coll. VI. tit. 13.)

Imp. IUSTINIANUS Aug. BASILIDI, gloriosissimo Magistro sacrorum officiorum.

Praefatio

Magnum deum et salvatorem nostrum Iesum Christum et eius auxilium semper invocantes, studemus omnes subiectos nostros, quorum regimen credit nobis deus, illaesos et sine calumnia custodire, et inhibere bella, quae per suam considerationem (2) suscipientes, adversus alterutros operantur dolores, duplex ex hoc contra se supplicium inferentes, tam quod sibimet inferunt, quam quod ex legibus vesaniam eorum punientibus patiuntur.

Cap. I

Volentes igitur huiusmodi mortibus homines liberare, prospeximus armifecturae opus nullum privatum operari, solos autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatoriis, aut qui dicuntur fabricenses (3), eos autem, qui operantur arma, nulli vendere privato. Sed neque qui in numeris constituti sunt armifectores, quos etiam deputatos appellat, qui de fisco annonas accipiunt, permittimus operari aut alicui vendere arma, sed solum diligentiam habere armorum milites in numero constitutos (4), in quibus militant. Si vero novum aliquid faciunt, hoc auferri ab eis, et in sacro nostro inferri armamento, adiciendum ibi repositis publicis armis.

Cap. II

Hoc autem observare volumus et eos, qui in ordinibus ballistariorum sunt, quos per diversas statumimus civitates, ordinantes inter eos (5) et arma facere scientes (6), ut et ipsi sola publica arma in armamentis publicis uniuscuiusque civitatis recondita corrigant atque renovent. Si qui vero novum (7) aliquid armorum instruxerint, hoc similiter et ipsi (8) inter publica arma praestent, et nulli alteri penitus vendant.

(1) El texto griego (Novela LXXXV.) se halla en Hal, y Scrimg.—Iulian. Const. 79.—La versión latina es glosada.

(2) Se debería enmendar escribiendo inconsiderationem.

(3) Bk.; fabricensis, el cód. Hamb., y Trid.; fabricensis, Port., y Cont.

(4) El cód. Hamb., Trid., y Port.; militum in numero constitutorum, Cont.; militum in numeris constitutorum, Bk. ed. estereotipada.

Epilogo

Por tanto, apresúrese tu eminencia á declarar á todos por medio de sus propias cartas, y á observar perpétuamente, lo que nos ha parecido bien y ha sido manifestado por medio de esta sacra ley.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Junio, en el año décimo tercero del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de APIÓN, varón muy esclarecido. [539.]

CONSTITUCIÓN LXXXVI

DE LAS ARMAS
(Colección VI. título 13.)

El Emperador JUSTINIANO, Augusto, á BASILIDES, gloriosísimo Maestre de los sacros oficios.

Prefacio

Invocando siempre á Jesucristo, Dios grande y salvador nuestro, y su auxilio, procuramos conservar á todos nuestros súbditos, cuyo régimen nos confió Dios, ilesos y libres de calumnia, é impedir las guerras, que emprendiendo ellos por su propia consideración producen dolores entre unos y otros, causando por esto en contra suya doble quebranto, tanto el que á sí mismos se infieren, como el que sufren por virtud de las leyes que castigan su vesania.

Capítulo I

Queriendo, pues, librar de tales muertes á los hombres, hemos determinado que ningún particular se dedique al trabajo de fabricación de armas, y que sólo fabriquen armas los que están empleados en las fábricas públicas de armas, ó los que se dicen operarios de armería, y que los que fabrican las armas no las vendan á ningún particular. Pero tampoco permitimos que los que en las filas militares se hallan siendo armeros, á los que también llaman diputados, los cuales reciben del fisco annonas, fabriquen ó vendan armas para alguien, sino que solamente tengan cuidado de las armas de los soldados de aquellos cuerpos en que militan. Pero si hacen alguna nueva, quíteseles y sea llevada á nuestro sacro depósito de armas, debiendo ser agregada á las armas públicas en él depositadas.

Capítulo II

Mas queremos que esto lo observen también los que están en los cuerpos de ballesteros, que hemos establecido en diversas ciudades, señalando entre ellos los que también saben construir armas, para que ellos compongan y renueven solamente las armas públicas guardadas en los depósitos públicos de armas de cada ciudad. Pero si hubieren construido alguna arma nueva, pónganla igualmente también ellos mismos entre las armas públicas, y no la vendan absolutamente á otro alguno.

(5) Bk.; ordinantes eos, en lugar de ordinantes inter eos, el cód. Hamb., y las ed.

(6) El cód. Hamb., y Trid.; facere, scientes, Port., y Cont.

(7) El cód. Hamb. (?), y Bk.; unum, en vez de novum, se lee en Trid., Port., y Cont.

(8) Bk.; ipsis, el cód. Hamb., y las ed.

Cap. III

Hoc quoque custodiant qui in ballistariis deputati sunt periculo patrum civitatum, sub quibus et ipsos ballistarios statuimus, et publicorum armamentorum diligentiam atque custodiam constituimus, quatenus, si qui visi fuerint aut deputati aut fabricenses (1) vendentes arma, provideant per loca iudices eos suppliciis subdere, insuper etiam arma ab iis, qui ea comparant, sine pretio auferre, et publico vindicare. Hanc igitur gubernante nos deo cogitationem per praesentem sancimus legem, in nulla civitate aut provincia nostrae reipublicae habere licentiam privatos aut alium quempiam arma facere, aut vendere, aut quolibet mercari modo, sed solos eos, qui inter fabricenses referuntur, haec instruere et deferre ad sacrum nostrum armamentum. Et hoc a tua celsitudine et qui post te susceperint cingulum custodiri sancimus, deputantibus nobis aliquos chartulariorum, qui sub tua celsitudine in scrinio sunt constituti fabricensium, periculo quinque inter eos priorum, bonam opinionem habentes et opportunos, qui et eos, qui in hac felicissima civitate, et in aliis civitatibus nostrae reipublicae arma faciunt, requirentes, prohibeant privatos, aut etiam alios quosdam, citra eos, qui deputati sunt inter fabricenses, armifecturae agere causam, et in quibuscunque compererint locis aliquos privatos hoc audentes, haec auferre, et fisci applicare armamento. Si autem inter operarios privatos artifices opportunos invenire poterint, hos, si voluerint, in militiis statuere, et in descriptione nomina eorum facere, et destinare nobis descriptionem artificum, ut per sacrum nostrum rescriptum in illis statuatur locis, in quibus sunt publicae fabricae, quatenus ipsi operantes arma, et de fisco annonae accipiant. Hoc enim factum et subtiliter observatum a praedictis personis, licentia penitus nulli dabitur, neque civitates inhabitantibus privatis, neque villas incolentibus rusticis, armis uti adversus alterutros, necesse praesumere, et ex hoc plurimos homines occidi, publicas vero perire functiones, dum terrae cultores vitam amittere metuentes, fuga propter timorem utuntur.

§ 1.—Oportet ergo eos, qui diriguntur a tua celsitudine ex memorato fabricensium scrinio ad prohibendos privatos armorum factores, confessionem accipere etiam per loca iudices, et subiecta eis officia (2), et civitatum defensores, et patres, quia nihil valebunt (3) de cetero horum, quae a nobis prohibita sunt, aliquid agere, sed quae per praesentem sancita sunt legem, custodient, poenam et in pecuniis, et in ipsum formidantes caput. Sancimus enim, magnae quidem Alexandriae iudicem, negligentem quae a nobis sancita sunt, viginti auri librarum exsolvere poenam, et cingulo cadere, et huius officium similiter auri librarum viginti dare

(1) *Bk.*: fabricensium, et *cód. Hamb.*, y *Trid.*: fabricensium, *Port.*, y *Cont.*

Capítulo III

Guarden también esto los que están destinados á los depósitos de ballestas bajo la responsabilidad de los padres de las ciudades, bajo cuya dependencia constituimos también á los mismos ballesteros, y pusimos el cuidado y guarda de los depósitos públicos de armas, de suerte que si se viere á algunos ó diputados, ó fabricantes de armas, que venden armas, provean los jueces de las localidades que sean ellos sometidos á suplicios, y quitenles además sin precio las armas á los que las compraron, y reivindiquenlas para el fisco. Así, pues, imponiéndonos Dios este pensamiento, mandamos por la presente ley, que en ninguna ciudad ó provincia de nuestra república tengan licencia los particulares ú otro cualquiera para hacer ó vender armas, ó de cualquier modo comerciar con ellas, sino que solamente los que están comprendidos entre los fabricantes de armas las construyan y las lleven á nuestro sacro depósito de armas. Y mandamos que esto se guarde por tu excelcitud y por los que después de tí obtuvieren tu cingulo, designando nosotros á algunos de los cartularios, que bajo la dependencia de tu excelcitud se hallan constituidos en la secretaría de los fabricantes de armas, á riesgo de los cinco primeros entre ellos, que tengan buena reputación y sean aptos, quienes buscando á los que en esta felicísima ciudad y en las otras ciudades de nuestra república fabrican armas prohiban que los particulares, ó aun otros cualesquiera, fuera de los que están destinados como del número de los fabricantes de armas, hagan el negocio de la fabricación de armas, y en cualesquiera localidades en que descubrieren que algunos particulares se atreven á fabricarlas se las quiten, y las apliquen al depósito de armas del fisco. Mas si entre los operarios particulares hubieren podido encontrar artifices idóneos, incluyanlos, si ellos quisieren, en las milicias, é inscriban sus nombres en la matrícula, y remítannos la matrícula de los artifices, para que por sacro rescripto nuestro sean constituidos en aquellas localidades en que hay fabricas públicas, á fin de que ellos mismos al fabricar las armas reciban también del fisco annonae. Porque hecho esto y observado escrupulosamente por las susodichas personas, no se le dará absolutamente á nadie, ni á los particulares que habitan en las ciudades, ni á los campesinos que cultivan las granjas, facilidad para servirse de armas unos contra otros, ni para atreverse á muertes, ni para que por virtud de esto sean muertos muchos hombres, pero se arruinen las contribuciones públicas, porque temiendo los cultivadores de los campos perder la vida recurren á la fuga por causa de su terror.

§ 1.—Así, pues, es menester que los que por tu excelcitud son enviados de la mencionada secretaría de fabricantes de armas para prohibir que haya fabricantes particulares de armas, reciban también confesión á los jueces de las localidades, y á los oficios á ellos subordinados, y á los defensores de las ciudades, y á los padres, de que en lo sucesivo no permitirán hacer cosa alguna de estas que han sido prohibidas por nosotros, sino que guardarán lo que por medio de la presente ley ha sido sancionado, temiendo tanto pena pecuniaria, como la misma capital. Porque mandamos, que el juez de la grande Alejandría, que descuide lo que por nosotros ha

(2) *El cód. Hamb.*, *Trid.*, y *Port.*: iudicium et subiectorum eius officiorum, *Cont.*

(3) nulli permittent, *Bk.*

poenam, et capitale subire supplicium, aliarum vero provinciarum iudices damnum quidem decem librarum auri sustinere, similiter autem et ipsos casui cinguli subiacerere, et eorum officia, defensores autem et patres civitatum trium librarum auri multari poena, et in capite sustinere periculum, si quod tale factum comperientes non punierint, aut hoc agere valentibus non nuncient, sed latere permiserint.

Cap. IV

Ut autem palam fiant, quae a nobis prohibita sunt, a privatis et aliis quibusdam, citra eos, qui in sacris nostris fabricensibus referuntur, fieri aut privatis vendi arma, et hoc per praesentem legem significare curavimus. Prohibemus enim privatos operari et emere arcus, et sagittas, et spathas, et ense, quae vocare consueverunt semispathia, et quae vocantur zabae sive loricae, et contos, et quolibet modo vel figura factas lanceas, et quae apud Isauros nominantur monocopia (1), et appellatos sibinnos (2) seu missibilia (3), insuper et aspidas sive scuta, et galeas seu cassides. Non enim ista alii cuidam instruere sinimus, praeter eos, qui deputati sunt in sacris nostris fabricensibus. Solos autem fieri a privatis et privatis vendi (4) permitimus cultellos minores, quibus nullus in praeliis utitur. Praesentem igitur legem generalem tua celsitudo in hac proponat regia civitate, nec non et per alias civitates nostrae reipublicae, ut omnes agnoscentes, quae placuerunt nobis, haec observent.

Cap. V

Denunciamus autem futuris praesesse huiusmodi custodiae chartulariis ex memorato fabricensium scrinio, quia ex negligentia non solum pecuniarias sustinebunt poenas, sed etiam in corpore supplicia patientur, et militia cadent, insuper nec ipsum ulterius permitti a nobis scrinium in huiusmodi adesse sollicitudine, sed aliis committi fabricensium curam.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc legem declarata sunt, tua celsitudo et qui post te in cingulo fuerint operi terminoque contradere festinent, indignationem nostram et ipsi metuentes, nisi rem sic utilem reipublicae custodierint.

Dat. VII. Kal. Iul. Chalcedone, imp. DN. IUSTINIANI PP. A. ANN. XIII., APIONE V. C. Cons. [539.]

(1) monacopia, *el cód. Hamb., y Trid.*

(2) Bk.; sithinnos, *el cód. Hamb.; sithinos, Trid.; sitinnos, Port., y Cont.*

(3) *El cód. Hamb., y Trid.; missibilia, Port., y Cont.*

sido sancionado, pague la pena de veinte libras de oro, y pierda el cingulo; que sus oficiales satisfagan igualmente la pena de veinte libras de oro, y sufran la pena capital; que los jueces de las otras provincias soporten ciertamente el quebranto de diez libras de oro, y queden ellos del mismo modo sujetos a la pérdida del cingulo; y que sus oficiales, y los defensores y padres de las ciudades sean castigados con la pena de tres libras de oro, y sufran el suplicio capital, si descubriendo que se hizo alguna tal cosa no la hubieren castigado, ó no se la hubieren denunciado a los que pueden hacer esto, sino que hubieren permitido que quede oculto.

Capítulo IV

Mas para que se haga manifiesto lo que por nosotros ha sido prohibido, que por particulares y por otros cualesquiera, excepto los que están comprendidos entre nuestros sacros fabricantes de armas, se hagan armas ó se vendan a particulares, hemos cuidado de significar también esto por medio de la presente ley. Pues prohibimos que los particulares fabriquen y compren arcos, saetas, espadas, espadas cortas, que acostumbraron a llamar semi-espadas, y las que se llaman zabas ó lorigas, y picas, y lanzas hechas de cualquier modo ó figura, y lo que entre los Isauros se llama monocopias, y los llamados sibinos ó dardos, y además los aspidas ó escudos, y yelmos ó celadas. Porque no le dejamos a otro cualquiera que haga estas cosas, excepto a aquellos que están empleados entre nuestros sacros fabricantes de armas. Mas permitimos que por particulares se hagan y por particulares se vendan solamente cuchillos menores, de los que nadie se vale en las batallas. Así, pues, publique tu excelcitud la presente ley general en esta real ciudad, y también en las demás ciudades de nuestra república, para que, conociendo todos lo que nos ha parecido bien, lo observen.

Capítulo V

Pero advertimos a los cartularios de la mencionada secretaria de los fabricantes de armas que hayan de estar encargados de esta custodia, que por su negligencia no solamente soportarán penas pecuniarias, sino que también sufrirán suplicios corporales, y perderán su cargo, y además tampoco se permitirá por nosotros que en lo sucesivo estén en la misma secretaria al cuidado de lo mismo, sino que se les encomendará a otros el cuidado de los fabricantes de armas.

Epilogo

Por tanto, apresúrese tu excelcitud y los que después de tí tuvieren tu cingulo a llevar a ejecución y a término lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta ley, temiendo también nuestra indignación, si no guardaren cosa tan útil para la república.

Dada en Calcedonia a 7 de las Calendas de Julio, en el año décimo tercero del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de APION, varón muy esclarecido. [539.]

(4) fieri a privatis et vendi, *el cód. Hamb.; fieri et vendi a privatis, Trid.; fieri et vendi a privatis et privatis vendi, Port., y Cont.*

CONST. CXXIX (1)

UT DIFFERENTES IUDICES AUDIRE INTERPELLANTIUM
ALLEGATIONES COGANTUR
EPISCOPIS HOC AGERE; ET UT, QUANDO IN
SUSPICIONE (2) HABUERINT IUDICEM,
PARITER AUDIAT CAUSAM ET (3) CIVITATIS EPISCOPUS;
ET DE CAUTEA ALIA,
QUAM OMNINO OPORTET EPISCOPUM AGERE

(Cód. IX. tit. 10.)

Imp. IUSTINIANI Aug. edictum.

Praefatio

Ex quo nos deus Romanorum praeposuit imperio, omne habemus studium universa agere ad utilitatem subiectorum commissae nobis a deo reipublicae, et illa facere, quae omni difficultate et laesione atque contritione privent, ne occasione litium et aliorum quorundam discedere cogantur a propria patria, et in peregrinis affligi.

Cap. I

Propterea igitur et in praesenti prospeximus praesens edictum ad omnes dirigere subiectos et palam facere omnium civitatum et vicorum habitatoribus, quatenus, si quis habuerit contentionem adversus alium, sive de pecuniaria causa, sive de sublatione rerum mobilium et immobilium seseque moventium, sive de criminalibus, prius interpellat clarissimum provinciae iudicem, ut et ipse secundum nostras leges examinet ea, quae proponuntur et unicuique iustitiam servet. Si vero, dum aliquis adierit iudicem provinciae, non meruerit iustitiam, tunc iubemus eum adire secundum locum sanctissimum (4) episcopum et ipsum mittere ad clarissimum provinciae iudicem, aut per se venire ad eum et praeparare eum, ut omnibus modis audiat interpellantem, et liberet eum cum omni iustitia secundum nostras leges, ut non cogatur peregre de sua patria proficisci. Si vero etiam sanctissimo episcopo (5) compellente iudicem cum iustitia determinare interpellantium causas, iudex differat discernere (6) negotium, et non servet litigantibus iustitiam, iubemus, sanctissimum civitatis illius episcopum dare ad nos litteras ei, qui non meruerit, quod iustum est, insinuantes, quia coactus ab eo iudex distulit audire interpellantem et iudicare inter eum et qui ab eo conventus est, ut hoc cognoscentes nos supplicia inferamus iudici provinciae, qui interpellatus ab eo, qui iniustitiam passus est, et coactus a sanctissimo episcopo (7), non iudicaverit, quae in dubitationem venerunt.

Cap. II

Si vero contigerit quendam nostrorum subiectorum in dubitatione (8) habere iudicem, iubemus,

(1) El texto griego (Novela LXXXVI.) se halla en Hal. y Sorling.—Hay un epitome en Coll. const. eod. III. 1. 3. y en Paratit. ad Coll. const. eod. I. 4.—Toda la Novela, excepto el proemio está en las Bas. VI. 22. 1-9.—Iulian. Const. 69.—La versión latina es la antigua glosada.

(2) *Trid.*; sermonem, el *cód. Hamb.*; suspicionem, *Port.*, y *Cont.*

(3) *et. omitenia Port.*, y *Bk.*

(4) *Bk.*; adire sanctissimum, el *cód. Hamb.*; adire suum sanctissimum, *Trid.*, *Port.*, y *Cont.*

CONSTITUCIÓN CXXIX

DE QUE LOS JUECES QUE DIFIEREN OIR LAS ALEGACIONES
DE LOS QUE LOS INTERPELAN
SEAN OBLIGADOS POR LOS OBISPOS A HACER ESTO;
DE QUE CUANDO TUVIEREN COMO
SOSPECHOSO AL JUEZ OIGA AL MISMO TIEMPO LA CAUSA
TAMBIÉN EL OBISPO DE LA CIUDAD;
Y DE OTRA PRECAUCIÓN QUE EN TODO CASO DEBE
TOMAR EL OBISPO

(Colección IX. título 10.)

Edicto del Emperador JUSTINIANO, Augusto

Prefacio

Desde que Dios nos puso á la cabeza del imperio de los romanos, ponemos todo empeño en hacerlo todo para utilidad de los súbditos de la república, que nos ha sido encomendada por Dios, y hacer las cosas que los libre de toda dificultad y lesión y quebranto, á fin de que con ocasión de litigios y de otras cosas cualesquiera no se vean obligados á salir de su propia patria, y á sufrir aflicciones como peregrinos.

Capítulo I

Por esto, pues, hemos determinado dirigir también al presente este edicto á todos los súbditos, y hacer manifiesto á los habitantes de todas las ciudades y aldeas, que, si alguno tuviere contienda contra otro, ya por causa pecuniaria, ya por habersele quitado bienes muebles é inmuebles y semovientes, ya por causas criminales, se dirija primeramente al muy esclarecido juez de la provincia, para que él mismo examine con arreglo á nuestras leyes lo que se expone, y le administre á cada cual justicia. Pero si habiéndose dirigido alguien al juez de la provincia no hubiere obtenido justicia, en este caso mandamos que se dirija él al santísimo obispo de la localidad, y que éste envíe misiva al mismo esclarecido juez de la provincia, ó por sí vaya á él, y le ordene que de todos modos oiga al recurrente, y lo despache libre con entera justicia conforme á nuestras leyes, á fin de que no se vea obligado á salir de su patria para un viaje. Mas si también compeliendo el santísimo obispo al juez para que decida con justicia las causas de los recurrentes, el juez difiriese juzgar el negocio, y no hiciera justicia á los litigantes, mandamos que el santísimo obispo de aquella ciudad le dé para nosotros cartas al que no hubiere obtenido lo que es justo, insinuándonos que apremiado por él el juez difirió oír al recurrente y juzgar entre él y el que por éste fué demandado, para que teniendo nosotros conocimiento de esto impongamos suplicios al juez de la provincia, que, interpelado por el que sufrió la injusticia, y apremiado por el santísimo obispo, no hubiere juzgado sobre lo que se puso en duda.

Capítulo II

Pero si aconteciere que alguno de nuestros súbditos tiene dudas respecto al juez, mandamos que

(5) *Bk. ed. estereotipada*; archiepiscopo, el *cód. Hamb.*, y las *ed.*

(6) discernere, omitela el *cód. Hamb.*, la cual fué escrita por segunda mano.

(7) *Bk. ed. estereotipada*; archiepiscopo, el *cód. Hamb.*, y las *ed.*

(8) El *cód. Hamb.*; dubitationem, en lugar de dubitatione, las *ed.*

sanctissimum episcopum (1) audire cum clarissimo iudice, ut ambo aut (2) per amicabilem conventum dissolvant, quae dubia sunt, aut (3) per annotationem scriptis factam, aut cognitionaliter iudicetur inter litigantes, et forma detur iustitiae legibusque conveniens, ut non cogantur nostri subiecti propter huiusmodi causas recedere a propria patria.

Cap. III

Si quis vero existimans habere se adversus aliquem quamlibet actionem, neque clarissimum provinciae iudicem interpellat, neque sanctissimum civitatis episcopum adeat, et ita veniat huc absque litteris deo amabilis episcopi civitatis, sciat quoniam et ipse tales sustinebit poenas, quales futurus esset sustinere iudex, si interpellatus ab eo non studuisset ei servare iustitiam. Haec autem omnia sancire perspeximus propter utilitatem eorum, qui habitant per civitates et vicos, ne privati propriis provinciis et ipsi in peregrinis affigantur et res eorum laedantur. Propterea enim et (4) iudices gratis facimus et iusiurandum eos iubemus subire, ut unicuique interpellanti iustitiam servent secundum nostras leges.

Cap. IV

Si tamen contigerit quendam nostrorum subiectorum ab ipso clarissimo provinciae iudice laedi, iubemus eum adire sanctissimum illius civitatis episcopum, et ipsum iudicare inter clarissimum illius provinciae iudicem et eum, qui putatur laedi ab eo. Et si quidem contigerit iudicem legitime aut (5) iuste iudicari a sanctissimo episcopo, satisfacere eum omnibus modis ei, qui interpellavit adversus eum. Si vero refutaverit iudex hoc agere et pervenerit ad nos ipsa lis, si quidem invenerimus, quia iuste et secundum leges aditus (6) a sanctissimo episcopo ea, quae condemnatus est, non fecit, novissimis eum (7) suppliciis subdi praecipimus, quoniam qui debet vindicare oppressum, ipsum opprimere reperitur.

Cap. V

Sed etiam subiectum ei officium iubemus cum omni studio et administrantes clarissimis iudicibus interpellantes absolvere, nihil accipientes praeter illa, quae nostris constituta sunt legibus. Si vero haec non custodiant, subdi (8) iubemus suppliciis.

Cap. VI

Si tamen invenerimus quendam sanctissimorum episcoporum pro gratia cuiuspiam prodere iustitiam, regularem ei castigationem inferri iubemus, ut studeant cum timore dei iuste iudicare, ne non impetrantes (9) iustitiam cogantur (10) homines re-

el santísimo obispo oiga el negocio juntamente con el muy esclarecido juez, de suerte que ambos resuelvan lo que está en duda ó por amistoso convenio, ó por anotación hecha por escrito, ó en forma de conocimiento se juzgue entre los litigantes, y se dé la resolución que convenga á la justicia y á las leyes, á fin de que no se vean obligados nuestros súbditos á alejarse de su propia patria por razón de tales causas.

Capítulo III

Mas si estimando alguien que él tiene contra otro alguna acción, no se dirigiese al muy esclarecido juez de la provincia, ni acudiera al santísimo obispo de la ciudad, y así viniera aquí sin cartas del obispo de la ciudad, amante de Dios, sepa que también él mismo sufrirá las penas que hubiese de haber sufrido el juez, si interpelado por él no hubiese cuidado de administrarle justicia. Mas hemos determinado sancionar todo esto por razón de utilidad de los que habitan las ciudades y las aldeas, á fin de que los particulares no sean en sus propias provincias agobiados como peregrinos, y no sean lesionados sus bienes. Porque para eso nombramos gratuitamente á los jueces y mandamos que ellos presten juramento, para que con arreglo á nuestras leyes administren justicia á cada recurrente.

Capítulo IV

Mas si aconteciere que alguno de nuestros súbditos fuese perjudicado por el mismo muy esclarecido juez de la provincia, mandamos que aquel se dirija al santísimo obispo de aquella ciudad, y que éste juzgue entre el muy esclarecido juez de aquella provincia y el que se cree que fué perjudicado por él. Y si verdaderamente aconteciere que el juez fuera legítima ó justamente condenado por el santísimo obispo, satisfágale él de todos modos al que contra él recurrió. Mas si el juez rehusare hacer esto, y el mismo litigio llegare á nosotros, si ciertamente viéremos que el condenado justamente y con arreglo á las leyes por el santísimo obispo no hizo aquello á que fué condenado, mandaremos que sea sometido al último suplicio, porque se ve que el mismo que debía vindicar al oprimido lo oprime.

Capítulo V

Pero también mandamos que los oficiales á él subordinados y los servidores de los muy esclarecidos jueces dejen con toda diligencia libres á los recurrentes, no recibiendo de ellos nada á excepción de lo que está consignado en nuestras leyes. Mas si no guardaran estas disposiciones, mandamos que sean sometidos á suplicios.

Capítulo VI

Mas si halláremos que alguno de los santísimos obispos hacia en favor de alguno traición á la justicia, mandamos que se le imponga el castigo canónico, para que procuren juzgar justamente con temor á Dios, á fin de que por no impetrar los hom-

(1) *Bk. ed. estereotipada; archiepiscopum, el cód. Hamb., y las ed.*
 (2) *El cód. Hamb., y Trid.; aut, omittenda Port., y Cont.*
 (3) *El cód. Hamb., y Trid.; ut aut, Port., y Cont.*
 (4) *El cód. Hamb., y Trid.; et, omittenda Port., y Cont.*
 (5) *El cód. Hamb., y Trid.; et, Port., y Cont.*

(6) *condemnatus, Bk. ed. estereotipada.*
 (7) *eum, omittenda el cód. Hamb., y Trid.*
 (8) *novissimis eos subdi, Bk.*
 (9) *nos imperantes, en lugar de non imperantes, el cód. Hamb., Trid., y Port.*
 (10) *cogamus, Port.*

linquere proprias civitates atque provincias et loca et in qualibet alia concurrere (1).

Cap. VII

In civitatibus autem, in quibus non sunt iudices, iubemus eos, qui habent causas, adire defensorem et ipsum discernere inter eos. Si vero litem habentes voluerint defensorem una cum sanctissimo episcopo iudicare, et hoc agi praecipimus.

Cap. VIII

Neque autem monachum, neque clericum, neque episcopum iubemus venire huc absque litteris sanctissimi sui patriarchae. Si vero hoc fecerint, sciant, quia semetipsos schemate faciunt indignos.

Cap. IX

Si quis autem magisterianus aut praefectianus, aut cuiuscunque fortunae existens acceperit amplius sportularum, quam definitum est sacris nostris constitutionibus, iubemus, omnibus modis iudicem provinciae periculo proprio secundum nostram legem hoc vindicare et vindictam inferre hoc praesumentibus. Si vero non vindicaverit hoc ipse iudex, licentiam damus sanctissimo uniuscuiusque civitatis episcopo nuntiare nobis, quae de eis aguntur, et qualem habet militiam aut dignitatem, qui hoc praesumerit, ut et iudici periculum inferamus permittenti et despicienti nostram iurisdictionem, et ipsum quoque iubeamus puniri talia praesumentem.

Dat. XV. Kal. Mai. imp. DN. IUSTINIANI anno XIII., APIONE V. C. Cons. [539.]

CONST. LXXXVII (2)

DE MORTIS CAUSA DONATIONE A CURIALIBUS FACTA (3)

Imp. IUSTINIANUS Aug. IOANNI, Pf. P. secundo.

Praefatio

Curialium malignitates nullam valere adferre laesionem fisco, sed resistere legem talibus voluntatibus, omni volumus modo. Cognovimus enim, quod, quoniam interdiximus curialibus donationum modum (4), non concedentes eis rem immobilem donare, neque in testamento derelinquere plus quam trium unciarum, sed novem uncias omnino curiae (5) servari, illi circumvenientes legem, adinvenierunt huiusmodi aliquas (6) malignitates secundum (7) legem. Scientes autem, quod nos inveniētes veteres legislatores dubitantes de mortis causa donatione, quando donatio aut legatum est, et alios quidem adnumerantes (8) eam dona-

(1) *El cód. Hamb.*; provincias et loca in qualibet alia concurrere, *Trid.*; provincias et in loca quaelibet alia concurrere. *Port.*, y *Cont.*

(2) *El texto griego (Novela LXXXVII.) se halla en Hal. y Spring.*—*Iulian. Const. 80.*—*Esta Novela la publicó por separado C. I. Alb. Krieger. (Leipzig 1832).*—*La versión latina es antigua, pero no glosada.*—*La publicaron Krieger y Besh, tomándola del cód. Vindob., pero sus textos discrepan*

bres justicia no se vean obligados á dejar sus propias ciudades y provincias y localidades, y dirigirse á otras cualesquiera.

Capítulo VII

Pero mandamos que en las ciudades en que no hay jueces, se dirijan los que tienen litigios al defensor, y que éste juzgue entre ellos. Mas si los que tienen litigios quisieren que juzgue el defensor juntamente con el santísimo obispo, mandamos que también se haga esto.

Capítulo VIII

Pero mandamos que ni monjes, ni clérigos, ni obispos vengan aquí sin cartas de su santísimo patriarcha. Mas si hicieren esto, sepan que ellos mismos se hacen indignos de su estado.

Capítulo IX

Mas si alguno, siendo dependiente de un maestro, ó de un prefecto, ó de otra cualquier condición, recibiere por esportulas más de lo que está fijado en nuestras sacras constituciones, mandamos que de todos modos castigue esto bajo su propia responsabilidad con arreglo á nuestra ley el juez de la provincia, y les imponga castigo á los que á ello se atrevieren. Pero si esto no lo castigare el mismo juez, le damos licencia al santísimo obispo de cada ciudad para denunciarnos lo que sobre el particular se hace, y qué milicia ó dignidad tiene el que á esto se hubiere atrevido, á fin de que impongamos responsabilidad también al juez que lo permite y que desprecia nuestro mandato, y mandemos que también sea castigado el mismo que se atreve á tales cosas.

Dada á 15 de las Calendas de Mayo, en el año décimo tercero del imperio del señor JUSTINIANO, bajo el consulado de APIÓN, varón muy esclarecido. [539.]

CONSTITUCION LXXXVII

DE LA DONACIÓN HECHA POR CAUSA DE MUERTE POR CURIALES

El Emperador JUSTINIANO, Augusto, á JUAN, segunda vez Prefecto del Pretorio.

Prefacio

Queremos de todos modos, que la malignidad de los curiales no pueda causarle ninguna lesión al fisco, sino que la ley se oponga á tales voluntades. Porque hemos sabido, que, habiéndoles prohibido á los curiales cierta forma de donaciones, no permitiéndoles que donen bienes inmuebles, ni que dejen por testamento más de tres onzas, y reserven en todo caso nueve onzas para la curia, ellos, burlando la ley, han encontrado algunos malos ardis con arreglo á la ley. Pues sabiendo ellos que nosotros, hallando que los antiguos legisladores dudaban respecto á la donación por causa de muerte sobre cuándo es donación ó legado, contándola

tantó, que no parece sino que proceden de diversos códices.— Aquí se ha preferido el texto dado por Besh.

(3) Dice Bk. que la rúbrica falta en el cód. Vindob.

(4) Bk.; Cognovimus—modum, omitelas el cód. Vindob.

(5) Bk.; curie, el cód. Vindob.

(6) Bk.; adinvenierit huius aliquas, el cód. Vindob.

(7) Bk.; esse, el cód. Vindob.

(8) Bk.; adiuvantes, el cód. Vindob.

tionem (1), alios vero legato, a pluribus et bonis legislatoribus eligentes, legatum eam esse pure (2) definivimus, et neque gestis monumentorum indigere, sed licentiam habere fieri eam et inseri ei et aliquas condiciones, quas donator voluerit, et si hoc actum fuerit, licentiam habere renunciare et hoc ipsum, posse per poenitentiam huiusmodi donationem revocare, et (3) quas voluerit condiciones (4) inserere mortis causa donationibus, secundum (5) quod Iulianus sapientissimus sancivit, hoc quod nos in tricesimo octavo libro nostrorum Digestorum scripsimus (omnia enim comprehendimus in brevi, et a veteribus, et a nobis definita) (6), hoc igitur scientes existimavimus oportere et secundum hunc modum fieri aliquas mortis causa donationes, et inseri placitum secundum legem tollendi eis facultatem super donatione (7) poenitentiam revocandi, aliam autem conditionem, quae eis placet, addi (8) istis donationibus, ut exinde his liceat facere donationes a revocatione (9) liberatas, et ita suas imminuere facultates.

Cap. I

Etenim ex his, quae dudum sancivimus, omni causa sublata eis plus aliquid posse (10) tribus unciis aut (11) in testamento relinquere, aut per donationis modum alienare, tamen ut adhuc et magis (12) eorum malignitatem compescamus, propterea etiam nunc (13) sancimus, nulli (14) curiali neque per mortis causa (15) donationem licere donare aliquid, nisi solum per ante nuptias donationis modum pro semetipsis aut propriis filiis factas (16), aut per dotis occasionem, secundum quantum (17) nostra dicit constitutio et filiabus conferre nubentibus; namque aliter (18) eos non posse donare res immobiles, sed has manere semper apud eos, curialibus (19) subiectas administrationibus, sola eis venditione indulta, et ipsa secundum novellae nostrae constitutionis observationem. Mortis causa donationibus habentibus propriam fortitudinem, et valentibus aliis, quam (20) curialibus facere praedictas (21) mortis causa donationes in quas voluerint personas, et condiciones eis inserere, et recusare, si hoc voluerint, poenitentiam de placito revocandi; manere quidem (22) causam et ita in mortis causa donationis conditionibus (hoc enim adiacentes sancimus), et (23) huiusmodi donationes validas esse et firmas. Quod non nunc primum (24) sancimus, sed quod sancitum erat dudum, et nunc per nostram interpretamur et confirmamus vocem super aliis omnibus personis, exceptis duntaxat solis, sicut dictum est, curialibus, et hoc propter publici (25) industriam.

(1) *Bk.*; donatio inde, *el cód. Vindob.*

(2) *plane, estarla mejor.*

(3) *Bk.*; *est, el cód. Vindob.*

(4) *Bk.*; *condicione, el cód. Vindob.*

(5) *Bk.*; *est, el cód. Vindob.*

(6) *Bk.*; *in—definita, omitelas el cód. Vindob.*

(7) *Bk.*; *donatione, el cód. Vindob.*

(8) *Bk.*; *additi (additi?), el cód. Vindob. Acaso el antiguo traductor latino escribió addendi.*

(9) *Bk.*; *donationes revocare, el cód. Vindob.*

(10) *Bk.*; *aliquid post se a, el cód. Vindob.*

(11) *Bk.*; *autem, el cód. Vindob.*

(12) *Bk.*; *magna, el cód. Vindob.*

(13) *Bk.*; *propterea et nunc, omitelas el cód. Vindob.*

(14) *Bk.*; *in illa, el cód. Vindob.*

ciertamente unos como donación, y otros como legado, y que eligiendo la opinión de muchos y buenos legisladores determinamos claramente que ella fuera legado, y que no requería la formalización de actuaciones, sino que había licencia para hacerla y para imponerle también algunas condiciones, las que el donante hubiere querido, y que, si esto se hubiere hecho, tenía licencia para renunciar también a esto mismo, a poder revocar por arrepentimiento tal donación, y para agregar las condiciones que quisiere a las donaciones por causa de muerte, según lo que dispuso el sapientísimo Juliano, y nosotros escribimos en el libro trigésimo octavo de nuestro Digesto, (pues todo lo comprendimos abreviado, lo definido tanto por los antiguos, como por nosotros); sabiendo, pues, esto hemos estimado que a algunos les convenía que también de este modo se hicieran algunas donaciones por causa de muerte, y que se les añadiera con arreglo a la ley un pacto para privarse de la facultad de revocar por arrepentimiento la donación, pero que se les agregara a estas donaciones otra condición, que bien les pareciera, para que por esto les fuera lícito hacer donaciones exentas de revocación, y disminuir así sus propios bienes.

Capítulo I

En efecto, habiéndoseles quitado por virtud de lo que antes sancionamos toda ocasión para que puedan dejar por testamento ó enajenar por vía de donación algo más de tres onzas, para refrenar, sin embargo, todavía más los maliciosos ardides de ellos, mandamos también ahora que a ningún curial le sea lícito donar cosa alguna ni aun por donación por causa de muerte, sino solamente por vía de donación antenuptial hecha en pro de sí mismos ó de sus propios hijos, ó con motivo de dote, en cuanto dice nuestra constitución que se le dé también a las hijas que se casan; porque de otra manera no puedan ellos donar bienes inmuebles, sino que permanezcan éstos siempre en poder de ellos, sujetos a las administraciones curiales, concediéndoseles solamente la venta, y esta con arreglo a la observancia de nuestra nueva constitución. Teniendo su propia fuerza las donaciones por causa de muerte, y pudiendo los demás, que no sean curiales, hacer las susodichas donaciones por causa de muerte a favor de las personas que quisieren, é imponerles condiciones, y rehusar, si lo quisieren, el arrepentimiento sobre el pacto de revocar; y subsista ciertamente de este modo la cosa también en cuanto a las condiciones de la donación por causa de muerte, (porque mandamos esto añadiéndolo), y sean válidas y firmes tales donaciones. Lo que no sancionamos ahora por primera vez, sino que lo que antes estaba sancionado lo interpretamos y confirmamos también ahora por medio de nuestra voz respecto a todas las demás personas, exceptuándose solamente, según se ha dicho, los curiales, y esto por particular cuidado de la cosa pública.

(15) *Bk.*; *causam, el cód. Vindob.*

(16) *Mejor estaría factae.*

(17) *Bk. ed. estereotipada; secundum quantitatem ut, el cód. Vindob.*

(18) *Bk.*; *alter, el cód. Vindob.*

(19) *Bk.*; *cuibus e, el cód. Vindob.*

(20) *Bk.*; *que a, el cód. Vindob.*

(21) *Bk.*; *fieri praedictis, el cód. Vindob.*

(22) *El cód. Vindob.; tamen, Bk.*

(23) *Bk.*; *et, omitela el cód. Vindob.*

(24) *Bk.*; *Et non modo prius, el cód. Vindob.*

(25) *Bk.*; *p., el cód. Vindob.*

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et hac lege manifestata (1) sunt, tua gloria observare festinet, praecipue omnium (2) pro iuvamine publico omnem providentiam ponens (3).

Dat. XV. Kal. Iun. Constant. imper. DN. IUSTINIANI perpetuo Augusti anno XIII., APIONE viro clarissimo Cons. [539.]

CONST. LXXXVIII (4)

DE DEPOSITO, ET DENUNCIATIONIBUS
INQUILINORUM, ET
DE SUSPENDENDA ADMINISTRATIONE PANUM
(Coll. VI. tit. 14.)

Imp. IUSTINIANUS Aug. IOANNI, gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio

Litem nuper audientibus nobis (hoc quod in imperio publice sedentes multotiens agimus), orta est aliqua quaestio, quam resolvimus statim; huiusmodi vero discentes contingere multa, communi et generali lege definire hoc iustum esse arbitrati sumus.

Cap. I

Si enim quis ab aliquo accipiat (5) aurum aut res aliquas depositi causa in quibusdam conditionibus, deinde illi agant, necessitatem habeat omne restituere aurum aut res conditionibus semel impletis, et nulla omnino licentia sit aliquibus extrinsecus interdictionibus uti, et retinere depositi restitutionem, quum (6) et alia multa privilegia tam a praecedentibus legislatoribus, quam a nobis ipsis data sunt. Licentia enim est prohibenti redditionem eum quidem, cui creditum est depositum, non molestare, eum vero de rebus, quae in quaestione sunt, qui aurum aut res aliquas accepturus est, litem sortiri, et iustitiam et legem promereri, sed ne (7) per hanc causam damnis magnis subiciat eum, qui interdictionem suscepit, et compellatur aut defensiones expetere, aut res habere, et non possit voluntarie cum deponente benigne agere. Quodsi tale aliquid egerit (omnino enim oportet non sola delictorum nos contentos esse prohibitione, sed etiam timorem inferre iustum transgressoribus), sive perditionem contigerit rerum aut pecuniarum fieri, et hoc probetur, sive alium quemcunque casum fortuitum, ipsum respicere, qui contestationem dixerit (8), insuper etiam ex quo facta est huiusmodi contestatio, usuras pecuniarum usque ad tertiam centesimam agnoscere prohibentem accipere propria, non solum si aurum fuerit, quod depositum est, restitui vero prohibitum, sed et si aliae res sint, ut hoc timore stultorum simul et perversorum

(1) *Bk.*; manifesta, en lugar de manifestata, se lee en el eod. Vindob.

(2) *Bk.*; omnibus qui, en vez de omnium, se halla en el eod. Vindob.

(3) *Bk.*; ponant, en lugar de ponens, se lee asimismo en el eod. Vindob.

(4) El texto griego (Novela LXXXVIII.) se halla en Hal. y en Scring. — Toda la Novela, exceptuados el proemio y el

Epilogo

Por tanto, apresúrese tu gloria á observar lo que nos ha parecido bien y ha sido manifestado por esta ley, poniendo todo cuidado ante todo por la conveniencia pública.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Junio, en el año décimo tercero del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de APION, varón muy esclarecido. [539.]

CONSTITUCION LXXXVIII

DEL DEPÓSITO, DE LAS DENUNCIAS Á LOS
INQUILINOS, Y DE LA
SUSPENSIÓN DE LA ADMINISTRACIÓN DE PANES
(Colección VI. título 14.)

El Emperador JUSTINIANO, Augusto, á JUAN, segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente, Exconsul ordinario y Patricio.

Prefacio

Estando nosotros oyendo hace poco un litigio; (cosa que en el imperio hacemos muchas veces constituyendo tribunal en público), surgió alguna cuestión, que resolvimos inmediatamente; pero sabiendo que acontecen muchos casos de la misma naturaleza, hemos considerado que era justo definir esto por una ley común y general.

Capítulo I

Así, pues, si alguien recibiera de otro dinero ó otras cosas por causa de depósito bajo ciertas condiciones, y después ellos las cumplieran, tenga aquél necesidad de restituir todo el dinero ó las cosas una vez cumplidas las condiciones, y no tengan absolutamente facultad alguna personas extrañas para interponer prohibiciones, y retener la restitución del depósito, pues á éste se le dieron también otros muchos privilegios tanto por los anteriores legisladores, como por nosotros mismos. Porque es lícito al que prohíbe la devolución no molestar á aquel á quien se le confió el depósito, y que el que ha de recibir el dinero ó las otras cosas acepte el litigio sobre las cosas que están en cuestión, y obtenga justicia con arreglo á la ley, pero no que por esta causa haga sufrir grandes perjuicios al que recibió la prohibición, y se vea éste compelido ó á pedir defensa, ó á tener las cosas, y no pueda voluntariamente obrar con benignidad con el deponente. Pero si hubiere hecho alguna tal cosa, (porque es de todo punto necesario que no nos contentemos con la sola prohibición de delitos, sino que infundamos también justo temor á los transgresores), ya si aconteciere que se causa la pérdida de las cosas ó del dinero, ya si sobreviniere otro cualquier caso fortuito, y se probare que esto corresponde al mismo que hubiere formulado la oposición, pague además también desde que se hizo tal oposición intereses del dinero al cuatro por ciento

epilogo, se halla en las Bas. XIII. 2. 46. Schol. n. q.—Iulian. Const. 81.—La versión latina es glosada.

(5) El eod. Hamb., y Trid.; capiat, en vez de accipiat, Port., y Cont.

(6) Mejor estaría cui, en lugar de quum.

(7) non, *Bk.*

(8) miserit, en lugar de dixerit, escribe *Bk.* en su ed. esteotipada.

maligne versandi cursum (1) in depositionibus homines cessent.

Cap. II

Sed et totum hoc, quod de mandatis est, et adspicere et constituere secundum legem providimus. Videmus enim frequentari hoc in regia hac praecipue civitate, et aliquos interdicentes eis, qui ministrant publicas annonas, et tesseras accipiunt ab annonarum praefecto, volentes suspendi administrationem, et eos, qui ex hoc solummodo forsitan nutriuntur, defraudari administratione, per quam eis omnis tribuitur vitae occasio. Huic autem rei severius et difficilius illud est. Multis enim domos possidentibus in hac felicissima civitate, qui imbanchiti non videntur, mox futuris pensiones (2) ab inquilinis accipere, calumniantur per interdictiones inquilini dirigentes, ut non inferant eis. Illi vero ultro eas suscipientes, quidam propter inopiam forsitan comedunt eas, quidam vero et exules a magna hac fiunt civitate et decidunt omnino pensionum administratio iis, qui ex hoc forsitan solo nutriuntur, secundum quod occurrentes in civilibus annonis diximus.

§ 1.—Nemini igitur damus huiusmodi licentiam, sed unusquisque, si aliquam habeat causam ad obnoxium sibi, non obdormiat, iliberalibus (3) autem et perversitate omni plenis (4) aspiret (5) interdictionibus. Cognoscat enim, quia, si tale aliquid egerit, et per occasionem eius ceciderit aut administratio panum, aut pensionum datio, ex hoc accidens ipse sustinebit periculum, mox quod interdictionem inquilinis et (6) ministrantibus panem miserit, aut suspendit annonam. Nihil enim horum agi omnino volumus, sed ex quo interdictiones egerit, sancimus, eum omne damnum sarcire domino rerum, super hoc et usuram tertiam (7) centesimae agnoscere pecuniarum aut rerum, quas non accipere per eum is, qui secundum hunc modum laesus est, valuit. Et neque aliquis opponat defensiones, quia qui praesens est (8) exactionis domino danti defensionem aut in deposito, aut in aliis, recipere propria (9). Non enim omnibus est facile fideiussorem praebere, nostris legibus nullam defensionem omnino ratam esse ponentibus, nisi cum fideiussione fiat, fideiussorem enim omnino dandum (10) idoneum non facile, neque possibile passim est. Et propterea igitur in observantiam (11) nostrorum subiectorum volumus hoc custodiri a modo et de cetero omni tempore, ut immortale sit huius nostrae sanctionis iuvamen reipublicae, iudicant (12) quidem nobis in mentem venientes (13), praesentem vero legem commune iuvamen nostris parientem (14) subiectis.

(1) *El cód. Hamb., Port., y Cont. al márgen; cursum, omitenta las ed.*

(2) *Port., y Cont.; Multis enim domos possidentibus qui in hac felicissima civitate imbanchiti (imbanchiti, Trid.) non videntur mox (en, adicienda Trid.) futuri sunt pensiones, el cód. Hamb., y Trid. Este pasaje, adulterado. Fue enmendado así por Bk.: Multi enim domos possidentibus in hac felicissima civitate invidentes, mox futuris pensiones.*

(3) *Ille. inliberalibus, el cód. Hamb.; in liberalibus, las ed.*

(4) *El cód. Hamb., y Trid.; plenus, Port., y Cont.*

(5) *abstineat, Bk.*

(6) *aut, Bk.*

el que prohíbe que uno recobre lo suyo propio, no solamente si fuere dinero lo que se depositó, y se prohibió que fuera restituído, sino también si fueran otras cosas, para que por este temor dejen los hombres de conducirse en los depósitos malignamente con necesidades y perversidades.

Capítulo II

Pero también hemos determinado considerar y constituir con arreglo á ley todo lo que se refiere á los mandatos. Porque vemos que es frecuente, principalmente en esta real ciudad, que algunos pongan interdicción á los que suministran las annonas públicas, y reciben los vales del prefecto de las annonas, y quieren que se suspenda el suministro, y que queden privados del suministro con que se les da todo medio de vivir los que acaso solamente con éste se alimentan. Pero hay otra cosa más dura y difícil que esta. Porque muchos, mirando con malos ojos á los que poseen casas en esta felicísima ciudad; tan pronto como éstos han de recibir de los inquilinos los alquileres, los vejan con prohibiciones que dirigen á los inquilinos para que no se los paguen. Y acogiéndolas ellos de buen grado, unos se los comen acaso por pobreza, y otros se marchan de esta grande ciudad, y desaparece por completo el pago de alquileres para aquéllos, quienes quizá de esto solo se mantienen, según lo que hemos dicho, al tratar de las annonas civiles.

§ 1.—Así, pues, á nadie le concedemos tal licencia, sino que cada cual, si tuviera algún negocio contra el que le está obligado, no se duerma, y pretenda interdicciones iliberales y que contienen toda perversidad. Porque sepa, que, si hubiere hecho alguna tal cosa, y con ocasión de ella cesare ó el suministro de panes, ó el pago de alquileres, él mismo soportará el quebranto que de esto sobrevenga, tan pronto como hubiere dirigido la interdicción á los inquilinos y á los que suministran el pan, ó hubieren suspendido las annonas. Porque de ningún modo queremos que se haga nada de esto, sino que mandamos que desde que hubiere hecho las interdicciones resarza todo daño al dueño de las cosas, y que además de esto pague intereses del cuatro por ciento del dinero ó de las cosas, que por causa de él no pudo percibir el que de este modo fué lesionado. Y no oponga nadie defensas, porque al que tiene derecho de exigir, si diera defensa en el depósito, ó en otros casos, le es lícito recobrar lo suyo propio. Porque no á todos les es fácil dar fiador, porque establecen nuestras leyes que de ningún modo sea válida defensa alguna, si no se hace con fianza, porque no siempre es fácil, ni posible dar en todo caso fiador abonado. Así, pues, por esto queremos para seguridad de nuestros súbditos que se guarde esto desde ahora y en todo el tiempo futuro, para que nuestra república tenga perpétuamente el beneficio de esta disposición nuestra, que juzgando nosotros nos vino á la mente, la cual produjo la presente ley como beneficio para nuestros súbditos.

(7) *El cód. Hamb., y Trid.; usuras et tertiam, Port., y Cont.*

(8) *quia in permissis est, Bk.*

(9) *recipere propriam, el cód. Hamb., y Trid.; recipere rem propriam, Port., y Cont.*

(10) *fideiussorem autem omnino dare, Bk.*

(11) *El cód. Hamb., Trid., y Port.; igitur ad securitatem, Cont.*

(12) *El cód. Hamb.; reipublicae. Inducant, Trid., y Port.; reipublicae, quae indicantibus, Cont.*

(13) *El cód. Hamb., Trid., y Port.; venit, Cont.*

(14) *El cód. Hamb., Trid., y Port.; peperit, Cont.*